y plebeios aunque todos eran ciuda-
danos Romanos y de prouincia libre
y franca. Y anſi ſi tuuieſſemos eſta alu
ſion ſe ſiguiria que hidalgo dixeſſe y
ſignificaſſe eſento y franco y no no-
ble, quod eſſet rationi & iuri contra-
rium, ſaluo ſino dixeſſemos que alu-
diendo a la franqueza y libertad de
Italia, los nobles de Eſpaña, porque
tambien por la nobleza y hidalguia,
ſon libres y francos: ſe llamaron Itali-
cos o hidalgos, vt dictum eſt, ſed de
his curioſitatum diſpũctionibus hæc
ſufficiant: quia pauci forſan ſunt eius
ſectatores.

Circa tertium, quod dicit iſta lex,
que hidalguia, y gentileza: es tanto
como nobleza de bondad, dize: To-
maron eſte nombre de gentileza, que
mueſtra tanto como nobleza de bon
dad: porque los gentiles fueron hom
bres nobles, y buenos, y biuieron
mas ordenadamente, que las otras
gentes. Eſt notandum quod in hac
materia pro eodem ſupponunt hidal-
guia, y gentileza, quemadmodum
apud Gallos modo dixi, vtrunque
tamen exponitur por nobleza de bon
dad, y eſto ſe pone por diffinicion de
la hidalguia en la ley tercera, que lue-
go ſe ſigue, que dize. Hidalguia, es
nobleza que viene. &c. Y aſsi de eſſen
6 cia de la hidalguia, es que aya en los
hijos dalgo bondad, y ſean buenos,
y nobles, y biuan como tales concer-
tada y noblemente, & ſic quando de
iure communi fit mentio de nobili-
bus, ſemper adijcitur nobiles nobili-
ter viuentes. de iure enim & ferè de ge
nerali conſuetudine totius Italiæ, &
Germaniæ, & Galliæ, non gaudent
nobilitatis priuilegio, qui nobiliter
non viuunt, & ſi ſint nobiles gene-
7 re: ſola noſtra Hiſpania neſcio qua fra
gilitate permittit & tolerat, vt viliter
& mechanicè viuentes gaudeant im-
munitate nobilitatis: quod certè &
noſtræ Hiſpaniæ, & ipſi nobilitati in-
iurioſum videtur, & rationi contra-
rium vt nobilitate gaudeat, qui offi-
cij vilitate eam dehoneſtat: de quo ta-
8 men inferius ſuo loco dicemus. Cir-
ca quartum ſcilicet, que eſta nobleza,
o hidalguia ſe adquiere, y gana por
tres maneras, ſcilicet, por linaje, ſaber,
y bondad: eſt notandum, quod vl-
tra has tres cauſas, quæ hic ponũtur
ſunt aliæ multæ, quæ cauſant nobili-
tatem: de quibus latè, & per ordinem
tractat Caſſanæus in dicta octaua par
te per plures conſiderationes illius:
cauſatur enim ex dignitate, & di-
uitijs ex communi reputatione, ex
Principis priuilegio, ex loco, ex ad-
optione, ex militia, ex clericatura, ex
præſcriptione, & alijs ex cauſis: de
quibus ibi per eum. Omnes tamen
iſtæ cauſæ ſunt accidentales, & pro-
cedunt ab his tribus, de quibus in
hac lege partitæ. Nam vel propter
clarum genus, vel eximiam ſcien-
tiam, & virtutem quis conſequitur
dignitatem, vel diuitias, commu-
nem æſtimationem, vel principũ pri-
uilegia, & reliqua: & ſic virtualiter o-
mnes cauſæ nobilitatis includuntur
ſub



ſub his tribus, et poſſunt ad eas reduci:
imò ad duas duntaxat, ſcilicet, ad no-
bilitatem generis, & virtutum. de qui-
bus duobus antiqua extat valde diſpu
tata quæſtio, quarum altera alteram
præcellat: nobilitas enim ex ſcientia ad
quiſita ſub nobilitate ex virtute parta
comprehenditur, cùm ſcientia ſit vir-
tus, & perfectio animæ ſecundum Phi
loſophum ſecundo Metaphyſic. Reli-
quæ autem duæ cauſæ, ſcilicet, gene-
ris & virtutis ſunt generales ad cæte-
ras: nec vna alteram comprehendit. Eſt
tamen maximè notandum, quod iſta
lex dicit in quinta parte, ſcilicet, quod
9 inter has tres nobilitatis ſpecies præſtã
tior ſit illa, quę contingit ex claro ſan-
guine vel genere juncta ſimul virtu-
te. Dicit enim: Y como quier que eſtos,
que lo ganan por ſabiduria y por ſu
bondad, ſon por derecho llamados no
bles: mayormente lo ſon aquellos, que
lo han por linaje antiguamente, &
fazen buena vida. Copulauit enim iſta
lex claritati generis vitæ bonitatem: ſi
enim prætuliſſet ſolam generis clarita-
tem, certe aduerſaretur multorum phi
loſophorum & ſanctorum opinioni,
qui virtute quæſitam nobilitatem ge-
neris nobilitati prætulerunt: de qui-
bus per Bart. in. l. 1. C. de digni. lib. 12. et
per Lucã de pẽna. in l. mulieres. 4. col.
C. de incolis, per Abb. & Moder. in c.
venerabilis. de præben. per Feli. in c. ſu-
per eo. el ſegundo de teſti. per Bonum
de Curt. in tractatu nobilitatis ſecun-
da parte. per Clyto. eodem tractatu c.
1. & ſecundo. per Caſſanæum vbi ſu-
pra maximè in prima & quarta conſi-
de. Quare iuſte, & philoſophicè iſta l.
veram & præſtantiorem nobilitatem
ex generis claritate iuncta morum pro
bitate, & virtute, declarauit. Rex enim
Alfonſus harum Partitarum conditor
merito ſapiẽs vocatus eſt: ex varijs nãq;
Philoſophorũ & cõſultorum opinio-
nibus, quæ circa veram nobilitatem
traditæ ſunt, iuſtiorem & ſanctiorem
elegit: vt. ſ. mixta genere & virtute no-
bilitas cęteras excellat. Cæterum de no
bilitate variæ traditæ ſunt diuiſiones.
Bart. in allega. lege. 1. C. de digni. in. 7.
colum. triplicem eſſe dixit: quandam
10 Theologicam ſiue ſupernaturalem,
quandam naturalem, quandam po-
liticam ſeu ciuilem. Theologicam di-
cit ſpiritualem, qua apud Deum qui
eſt in gratia faciẽte gratum, nobilis eſt:
11 & adducit illud Regum primo, capi.
ſecundo vbi dicitur: Quicunq; hono-
rificauerit me, glorificabo eum: qui au
tem contempſerint me, erunt ignobi-
les. & dicit Barto. quod iſtos nobiles
nõ poſſumus cognoſcere, niſi per reue
lationem, cum dicat Eccleſiaſtes capit.
decimo: Neſcit homo, an odio, vel a-
more dignus ſit: & multi ſunt prędc-
ſtinati qui apud nos reputantur igno-
biles. vt patet ex Apoſtolo. 1. ad Corin-
thios cap. 1. ibi videte fratres vocationẽ
veſtram: quia non multi nobiles &c.
& c. 15. ſeminatur in ignobilitate ſur-
get in gloria. & eod. c. 1. ignobiles mũ
di elegit Deus vt fortia confunderet.
Et de hac nobilitate Theologica loqui
tur text. in capit. nouit. cum ſequenti-
bus de pœni. diſtin. quarta: & Sanctus
Thomas prima ſecundæ quęſtio, 110.
Et

Et magiſter libro ſecundo diſtin.15. & bonus de Curt.in.2.parte. Et Ferdinandus Mexia in ſuo nobili libr.1. cap.44. Naturalem vero nobilitatē vocat Bartol. quæ poteſt conſiderari in animali-
12 bus ratione carentibus, & etiam in hominibus: nam quædam animalia bruta ſecundum bonitatem operationum dicuntur nobilia: como en las aues el Gauilan, qui ſecundum naturales non inuolat in aues paruulas, & debiles: & ſi quando capit paſſerculum, id eſt vt ſe illo noctibus hyemalibus calefaciat, & mane dimittit illum. Y por eſto dizen vulgarmente, que quien paſſa puerto con el no paga derechos de portazgo por la nobleza y hidalguia del, y por eſto tambien dize el refran viejo: El hijo del Gauilan por do quiera paſſa libre y nunca le falta caça. de notādo que el hijo dalgo y noble por todo el mundo puede andar libre: y nunca le faltara bien y honrra ſiendo el bueno. Entre los ſentidos el ver, ſegun el Philoſopho, entre los metales el oro, entre las planetas el ſol, & ſic de multis. Imo inter eiuſdem ſpeciei aues quædam dicuntur nobiles: vt in Falconibus alter dicitur gentilis alter peregrinus. vt notat Barto.in tractatu de Falcone. & Iacobi. de Sancto Georgio in ſua inueſtit. feudo. in verbo. & cum venationibus. Idem in hoc propoſito dicit Bonus de Curt. de leone, qui cæteris animalibus feris nobilior eſt, de quo Ouidius, de triſtibus elegia quarta.

*Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ:*
*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni:*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet.*
*Et lupus, & turpes inſtant morientibus vrſæ:*
*Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.*

Et in eodem propoſito refertur à Curt. illud Laconis de duobus canibus vno ventre editis, quorum alter honeſta educatione nobilis euaſit, alter ad ollas duntaxat. Et eandem nobilitatem naturalem poſſumus conſiderare in omnibus rebus ſenſu carentibus vt in arboribus, metallis, margaritis, ex quibus ratione vtilitatis vel pulchritudinis quædam ſunt nobiles. Et hanc naturalem nobilitatem appellauit Ferdinandus Mexia communem d.lib.1.c.46. Et in hominibus poteſt cōſiderari iſta nobilitas naturalis ideſt, ratione naturali inducta de iure gentiū: et de iſta loquitur Philoſophus.4.Ethico. vbi dicit: Virtus, & materia determinant nobiles & ignobiles.. Hoc autem non eſt intelligendum de omni virtute: ſed ea, quæ competit aliquibus prout ſunt apti dominari: non prout ſunt apti ſubijci. vt per eundem Philoſo. Poli. 10. & iſto modo dicit Barto. in dicta. l. prima, quod nobilitas naturalis eſt quidam habitus electiuus in medio conſiſtens circa ea, quæ pertinēt ad præeſſe vel dominari: & de hac habetur in cap. nunquam. diſtinct.55.

13 Tertia vero nobilitas dicitur politica ſeu ciuilis, prout differt nobilis à plebeio: de qua principaliter ſumus in hoc opere dicturi: de cuius diffinitione infra dicam. Panormit. vero in dict. c. venerabilis.2.col. nobilitatem diuiſit in generis, & animi præſtantiam. Bal. autem in l. nobiliores. C. de cōmertijs. quem ſimpliciter ſequitur Feli. in d.c.
14 ſuper eo. ſecūda col. de teſti. triplicem eſſe dixit. ſ. ſtirpis ſeu generis, ſecūdam virtutis, tertiam mixtam. ſ. generis & virtutis ſimul. & hanc dicit veriſsimā & cæteris præſtantiorem: quam etiam prętulerunt Curt. & Clyto. vbi ſupra. Et eandem prætulit iſta noſtra. l. partitæ in ſupra dictis verbis. ſ. Y mayormēte los que la han por linaje antiguamente, y fazen buena vida. Plato verò quadrifariam eſſe dixit nobilitatem: vnam quibus clari boniq; parentes fuere: ſecūdam, quibus potētes aut Principes: tertiam, cum maiores noſtri fama & rebus bello geſtis claruerunt: quartam, eamq; præſtantiſsimam, quibus non aliena, ſed propria virtus, & animi magnitudo nobilitatē donauit. & hanc vltimam laudat Lucas de pęna. in d.l. mulieres. quarta col. C. de inco. Ariſto.
15 vero quarto Poli. trifariam diuiſit. ſ. generis, diuitiarum, & virtutis: à patria quoque nobilitatis ſplendorem (licet minimum) nonnulli deriuant referentes illud Themiſtoclis Seriphio cuidā obtrectanti, quod non propria virtute, ſed patriæ ſplendore glorioſus factus eſſet: Rectè, reſpondit, nec tu ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes: nec ego, ſi Seriphio, nobilis. ſignificans ſe magis virtute propria, quèm patriæ claruiſſe. Denique inter omnes conuenit generi adiunctam virtutem ſupremam & præſtantiorem cauſare nobilitatem, vt in iſta. l. dicitur: quaſi duobus vinculis ligatam, & contextam. argumento textus in authentica. itaque. C. commu. de ſucceſsi. Et in expreſſo videtur tex. in l.6. titu.9. part.2. cuius verba in fine huius operis referuntur. Et fere à claro genere raro ſeparatur virtus, vt inferius dicā. Reſtat igitur ex verbis iſtius. l. & philoſophorum opinionibus, quod nobilitas generis iūcta virtute, & probitate præſtātior eſt cæteris: ſola autē generis nobilitas, ſi deſint virtutum merita, vana reputari debet, cū iuſte dictum ſit: Nobilitat virtus animos, nō acta parentū. & (vt Marcus Cicero cōtra Catilinā) Satius eſt me meis rebus geſtis florere, quàm maiorū opinione niti: & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initiū, & virtutis exemplum. Et alias Ouidius: Nā genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco. Adſtipulatur gl. ſing. in l. ſi quid bello. ff. de capt. quā commēd. Deci. in l. fœminæ nu.9. ff. de reg. iu. et Iuuenalis: Malo pater ſit tibi Therſites dummodo tu ſis Aeacide ſimilis, vulcanaque arma capeſſas: quàm te Therſite ſimilē producat Achilles. Et rurſum alio loco:

*Miſerum eſt alienæ incumbere famæ.*

Nam.

*Tota licet veteres exornent vndique ceræ.*
*Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.*

Et alibi.

*Stēmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice lōgo*
*Sanguine cenſeri, pictos oſtendere vultus.*
*Maiorum. &c.*

Vt notat glo. in l. ſtemmata, in principio. ff. de gradibus: & (quod vltimum eſt) quod non generis nobilitas, ſed virtutum gratum facit Deo. vt in d. c. venerabilis. & ibi Abb. de præben. & in hoc

in hoc propoſito plura ſunt aceruatim
relata per Docto. in materia iſta nobili
tatis maximè à Caſſaneo in d. octaua
parte. conſide. octa. Et per Ioan. Velen-
ſem in ſua ſumma communiloquij
part. 3. 3. diſtinctione. c. de informatio-
ne, nobilium ſanguine cum ſequenti,
& fœcundẽ & eleganter Baptiſta Pla
tina in libro ſeu dialogo de vera nobili
tate vbi plura notatu digna in propoſi
to refert. Veriſsimũ tamen eſt, & natu
rale parentũ virtutem & clarũ ſangui
nem maximũ fore filijs adiumentum
virtutis prouocans eos ad virtutẽ. Vir-
tus nanq; paterna deriuata in filios nõ
ſolũ eos obligat ad ipſius imitationẽ,
verũ naturaliter prouocat & ſtimulat,
vt Philippi patris ſtimulabat Alexan-
drum: & maioris Aphricani gloria,
minorem: & Cæſaris, Octauianum. Et
de Pyrrho dicebatur: Pyrrhus Achyl-
leides animoſus imagine patris. Natu-
ra enim ſilenter & tacite in patrias vi-
res æmula corda mouet. Et vt ait Ho-
ratius in. 4. lib. Odarum,

*Fortes creantur fortibus & bonis.*

Vt (prętcr innumera alia ſcriptorum
exempla) quotidie experimẽto cogno-
ſcimus, quod optima ſemina, vt ſupra
dixi in ſuos redeũt ortus. Et idem Ho-
ratius.

*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum virtus.*
*Neque imbellem feroces generant aquilæ colũbã*
*Laudantur ſimili prole puerperæ.*

Et alias Pamphi. poeta.

*Arbore de dulci, dulcia poma cadunt.*
*Demonſtrat ſignis prolem natura frequenter*
*Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri.*

Quare ſapienter Aedilium edicto ca-
uebatur, & cauetur, vt in ſeruorum, &
animalium venditione venditor expri
mere teneretur animalium, & ſeruorũ
originem, & nationem: quaſi pluri-
mum referret ex bona & nobili pro-
pagine deriuarentur. vt eleganter dicit
textus in l. quod ſi nolit. §. quod ſi mã-
cipia. ff. de ædili. edict. Quem & pluri-
ma alia in propoſito refert Tiraquel. in
ll. connubia. l. 7. num. 17. & ſequenti. &
eſt l. elegans partitæ. 10. tit. 21. part. 2. adõ
de deſpues de auer dicho las qualida-
des que ha de tener el buen cauallo di
ze, E aun ſobre todo eſto quien biẽ los
quiſiere conocer a de catar que vengã
de buen linaje: ca eſta es la animalia del
mundo que mas reſpõde a ſu natura.
Sicut per contrarium ex obſcuro &
proditorio ſemine procreati iure præ-
ſumuntur infecto ſanguine participa-
re. vt in l. quiſquis. C. ad legem Iuli. ma
ieſt. & clericorum filij paternę inconti
nentiæ imitatores. vt in cap. 1. & per to
tum. de filijs presby. Y por eſto dize e-
ſta ley: La hidalguia y nobleza, que vie
ne de los padres, es como heredad, q̃
les obliga: ca porende ſon mas encar-
gados de fazer bien, y de guardarſe de
yerro y de mal: ca no ſolamente quan
do lo fazen reſciben ellos daño y ver-
guença mas tambien aquellos onde
ellos vienen. &c. Et ſic eſt notandum
16 ex iſtis verbis, quod iſtud ius nobilita-
tis (que llamamos hidalguia) eſt ius hæ
reditarium filiorum, & deſcendẽtium,
cui accedit, quod Cicero in Officijs di-
cit: Optima hæreditas à parentibus tra
ditur liberis omni patrimonio præſtã-
tior gloria generis & virtutis. & illud
Plato-



Platonis: Gloria parẽtum eſt natis ma
gnificus theſaurus: & ſapientię tertio:
Gloria hominis ex honore patris: &
contumelia filij pater ſine honore. &
Prouerbiorum octauo: Gloria filiorũ
parentes eorum. Et cum ſit ius hære-
ditarium incorporale, erit conſiderabi
le de per ſe, ſicut cætera iura incorpora
lia: & pro ipſo competent actiones et
interdicta ſicut pro cęteris iuribus, vt
infra latiùs dicemus. Et iſto eodem re
ſpectu apud antiquos ius iſtud nobi-
litatis fuit conſideratum etiam inforẽ
ſibus negotijs, vt ex Cicerone lib. 1.
de Oratore colligitur, vbi dicit: Quid
qua de re apud Marcellos & Clau-
dios patritios centum viri iudicarunt,
cum Marcelli Auli liberti filij ſtirpe
Claudij patritij eiuſdem nominis hæ-
reditatem ad ſe dicerent rediſſe: non
ne in ea cauſa fuit oratoribus de toto
ſtirpis ac gentilitatis, ideſt, nobilitatis
iure dicendum? &c. Tria enim fuerũt
iura apud antiquos à ſanguine cauſa-
ta agnationis, gentilitatis, & ſtirpis.
Gentilitatis enim ius nihil aliud eſt,
quàm nobilitatis, vt dicit iſta lex, &
ſupra ſæpe dixi: ex quo etiam ſubin-
ferri poteſt, que el derecho de hidal-
guia de ſangre ſemel cauſatum, & in
eſſe productum per notorietatem, vel
rem iudicatam declaratum nõ poſsit
tolli ſucceſſoribus per culpam vel ne
gligentiam parentum, vel aliorum,
qui ſunt medij ſucceſſores: de quo in
ferius ſuo loco dicemus. Eſt etiam ſu
pradictis vnum addendum, ſcilicet,
quod appellatione nobilitatis ſimpli-
17 citer intelligitur de nobilitate generis,
de qua ad plurimum intelligunt vul-
gares. ita Felin. in dict. capit. ſuper
eod. in tertia colum. de teſtibus &
Matha. Notab. 103. incipiente nota
quod ſi capitulum. de quo latè per
Bonum de Curt. in dict. tractatu in
tertia parte numero. 179, cum ſe-
quentibus.

Subdit vlterius iſta lex: El hijo dal-
go ha de ſer eſcogido, que venga de
derecho linaje de padre y abuelo fa-
ſta en quarto grado, que llaman vi-
ſabuelo: y eſto tuuieron por bien los
18 antiguos, porque deſde aquel tiem-
po adelante no ſe pueden acordar los
hombres. Ex his verbis, quæ ſunt ſub
ſtantialiora huius legis, deducitur,
que el hijo dalgo para ſer declarado
por tal ha de prouar venir de padre
y abuelo y viſabuelo hijos dalgo.
Quod hodie ex diſpoſitione pragma-
ticarum declaratum eſt, & limitatũ:
vt ſufficiat probare de ſe & patre ocu
lariter: de auo autem ſatis ſit probare
de auditu cum immemoriali: & for-
ſan ſe quito la prouança del viſabue-
lo, porque, aunque en el tiempo de-
ſta ley de partida por ventura los hõ-
bres biuian tanto, que pudieſſen al-
cançar abuelo y viſabuelo, his tamen
temporibus breuior eſt hominum
vita. Y por eſto, porque parecia muy
difficultoſo, y quaſi impoſsible, pro-
uar del viſabuelo, ſe ordeno por los
ſeñores Reyes Catholicos, que aſsi pa
ra poſſeſsion, como para propriedad
baſte prouar de ſi, y de padre por vi-
ſta, y conocimiento: y del abuelo de
oydas con immemorial, vt infra latiùs

ſuo loco dicemus. Y aſsi aunq̃ eſta alterada la diſpoſicion deſta ley de partida por las pregmaticas, pero no la razon que pone en quãto dize: porq̃ de aquel tiẽpo adelante no ſe puedẽ acordar los hombres: quaſi dicat q̃ de aquellos, que ſe pueden acordar, y hauer conocido es neceſſario prouança de viſta: loqual en aquel tiẽpo ſe eſtẽdia haſta el viſabuelo, oy aũ no enteramente al abuelo, y por eſto baſta de poner del de oydas con immemorial vt dictum eſt.

19 Vnum tamen videtur valde notan
dum, quod raro traditur. ſ. Que quan
to a effecto de poder reptar, fiar, y de-
ſafiar ſatis eſt, que vno ſea hijo dalgo
de padre aunque no prueue de abuel
lo, ni viſabuelo: como lo diſpone la
ley. lxxxvj en las leyes del ſtylo. Item
eſt notandum, quod licet ad immuni
tatem cõtributionum, & ad alios oẽs
effectus nobilitatis ſufficiat quem eſ
ſe nobilem ex parte patris: tamen ad
hoc quod ei legitimè & iuſte cõmen
dari poſsit Caſtrũ, vel fortaliciũ vt ca
ſtellano, nobilitas requiritur tã ex par
te patris quã matris. l. 7. titu. 18. par. 2.
cũ alijs pluribus legibus illius tituli.

Septimũ & finale, quod dicitur in
iſta lege, que quãto mas antiguo fue
re el linaje, tanto mas crecida ſera la hi
20 dalguia: quod proculdubio veriſsi-
mum eſt: & ea rõne Principes, & Ma
gnates nobiliores ſunt cęteris, quia in
eis antiquior eſt nobilitas, vt de Impe
ratore, ducibus & comitibus ponit
Caſſanæus in d. 8. parte. conſi. 15. &
videtur textus, qui iſtos appellat no-
biliores in: §. interim ibi vniuerſi no-
biliores. & in §. fina. in authen. de de-
fenſo. ciui. colla. 3. Y de aqui dize el
meſmo Caſſaneo, que el que dize: yo
ſoy tan hidalgo como el Rey, o co-
mo el duque, o Conde, dize mal &
infert iniuriam illis: quia ſicut digni-
tas capit augmentum & diminutio-
nem, ita & nobilitas. Y como el Rey,
y los grandes del Reyno ſean mas an
tiguos y conocidos por ſu ſangre y
linaje, que otros ſimples hidalgos: no
les pueden dezir con razon ni ver-
dad los mas modernos que ſon tan
hidalgos como ellos: y diziendoſelo
quodammodo fieret illis iniuria co-
mo ſeles haria tomandoles las armas,
y blaſones. ita in eiſdem terminis di-
cit Caſſaneus. vbi ſupra. loquendo in
nobilibus Franciæ, qui (vt dixi) appel
lantur gentiles homes. Quod ſi tales,
dicant: ie ſuys gentil home come le
Roy, dicunt mendacium, & inferunt
regi iniuriam, & idem de alijs magna
tibus: nobilitas enim (ſicut vinum)
diuturnitate magis confirmatur. vt
dicunt moderni. in l. vinum. & in l.
cum quid. ff. ſi cert. peta. Imo nobilis
qui à ſe ipſo habuit nobilitatem non
poteſt propriè nobilis appellari, ſed
principium ſuæ nobilitatis. quia non
eſt natus nobilis. ſicut vnus non eſt
numerus, ſed principium numeri, is
vero qui à maioribus ſuis ex antiquo
ducit nobilitatem, verè nobilis dici-
tur, & natus nobilis. Idque latè per ra
tiones & exempla proſequitur Ferdi.
Mexia, in ſuo nobilia. lib. 2. c. 2. & ſeq.
maximè c. 10. adonde por cõparacion
natural



natural de alquimia. Prueua como el ques mas antiguo noble eſta mas purificado, y lexos de toda villania y obſcuridad, por auerſe purgado y purificado por muchos abuelos. Rectè igitur in fine huius l. dicitur que quãto mas antiguo fuere el linaje, ſera mas noble la hidalguia: & ſic ſecundum generis antiquitatẽ dabitur gradus nobilitatis, & nobiliũ: inter quos idem Caſſaneus in dict. 8. part. in. 39. conſide. ponit ſex gradus nobilium: eſt enim nobilitas magna, vt Baronũ: maior, vt Ducum, & Comitum: maxima vt Regum, & Imperatorum: parua, vt nobilium non habentium dignitatem: vt ſunt, qui habent vaſallos cum iuriſdictione: minor, vt inferiorum, qui ſunt nobiles, qui ex facultatum ſuarum redditibus viuunt cũ ſtatu trium equorum: minima vt illorum, qui habent aliqua bona, ex quibus viuũt, & habent vnum equum duntaxat. ita Caſſanæus vbi ſupra. Iſta tamen graduum nobilium diſtinctio non poteſt acommodari nobilibus noſtræ Hiſpaniæ: ſed poſſet conſiderari alia ſimilis arbitrio cuiuſlibet diſcreti & eruditi viri. Reſtant igitur ex iſta lege partitæ plura & notanda principia & fundamenta huius materiæ, quæ in diſcurſu huius operis latiùs venient explicanda.

*SVMMARIVM*

*Ex capite ſequenti.*

1 *De nobilitate variæ tradũtur diffinitiones.*
2 *Vnde & quo tempore ortum habuit nobilitas maximè iſta, quam Hidalguiam appellamus.*
3 *Nobilitas proculdubio antiquiſsima eſt.*
4 *Vnde dicta ſit nobilitas.*
5 *Nobiles debent eſſe noti.*
6 *Nobilis notorius quis poſsit dici.*
7 *Qual ſe llame ſolar conocido.*
8 *Referuntur, & exponuntur verba. l. tertiæ titulo. 25. part. 4.*
9 *Romæ quædam familiæ erant notoriè nobiles.*
10 *Domus antiquæ Cantabriæ, etiam ſi non ſint maiorum hæredum, gaudent nobilitate.*
11 *Quid ſignificetur per hæc verba, deuengar quinientos ſueldos.*
12 *Exponuntur aliquæ. ll. ſtyli.*
13 *Quid ſit ſolidus, & de alijs monetis antiquis, et earum valore maximè de diſtinctione, & valore moropetinorum.*
14 *Qual ſe llame fuero de Eſpaña, y porque.*
15 *Refertur. l. 7. tit. 25. par. 1. & l. 193. ſtyli.*
16 *Alienigenæ, & extranei huius regni an poſſint gaudere nobilitate noſtræ Hiſpaniæ.*
17 *Liberalitas Hiſpaniæ & extraneis ſuam nobilitatem communicat.*
18 *Hodie extranei prætendentes nobilitatem perſonaliter debent teſtes adducere.*

## Qualiter diffiniatur nobilitas: de nobilitatis origine, & qualitatibus.

*CAP. IIII.*

VISTO quien ſe llame hijo dalgo, y que coſa ſea hidalguia (que es nobleza como eſta dicho) es de tratar que coſa ſea eſta nobleza. Et circa nobilitatem variæ traduntur diffinitiones ſeu deſcriptiones: generalis vero diffinitio quæ omnes nobilitatis ſpecies comprehen-

*Otal. de nobil.*



dit,

dit, eſt illa, quam ponit Clytoueus in principio tractatus de nobilit. vbi dicit: Nobilitas eſt generis, vel alterius rei excellentia ac dignitas. & licet Bar. in l. 1. C. de digni. latè diſputet an nobilitas, & dignitas ſunt idem: tandem concludit, quod non: & dicit quod nobilitas apud nos eſt inuenta ad ſimilitudinem illius nobilitatis, quæ eſt apud Deum. vt in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. itaq; colla. 2. & in l. in nomine domini. C. de offi. præf. præto. ſicut ergo ille apud Deum eſt nobilis, quem Deus ſua gratia gratũ ſibi facit: ita apud nos ille eſt nobilis, quem Princeps vel lex ſua gratia, ſibi gratum vel nobilẽ facit. Et cum hac præfatione dicit Bart. aliter diffiniẽdo nobilitatẽ: Nobilitas eſt qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtẽditur. et ibi examinat omnia verba diffinitionis, quæ licet quantũ ad iſtã materiam de hidalguia videatur integra, non tamen cõprehendit omnes nobilitates: de quibus ſupra. Ideo gñalior eſt prima, quæ omnẽ nobilitatẽ comprehendit ſiue per Principem conceſſam, ſiue alias obuenientẽ. Alias diffinitiones ponit Caſſanęus in 8. parte in principio. & Lucas de penna. in l. mulieres col. 4. C. de incolis, quarũ vna, quæ eſt Boëtij in libro de cõſolat. proſa. 6. conuenire videtur huic, quæ ponitur iſta. l. partitæ. dicunt enim iſti: Nobilitas eſt, quædam parẽtum laus & claritas. Sed alia, quæ eſt Landulphi in cle. 2. de ſententia excommu. proprior videtur ad noſtrum propoſitum ſecũdum diſpoſita hodie per. ll. ordi. & pragmati. dicit enim: Generis nobilitas eſt qualitas ſiue dignitas proueniẽs à coruſcatione clari ſanguinis, à parentibus originem ſumens, & in liberos legitimos per carnem cõtinuata. Iſta diffinitio, quæ magis videtur deſcriptio, continet ferè totam ſubſtãtiam huius noſtræ nobilitatis, que llamamos hidalguia: pues es cierto, que es nobleza de bueno y antiguo linaje, deriuada de los padres en los deſcendientes legitimos, y naturales. y aſsi ſe ha de entẽder el principio deſta ley q̃ dize: Hidalguia es nobleza, que viene a los hombres por linaſe &c. Hanc etiam diffinitionem poſuit cum alijs tribus Ferdinan. Mexia. in ſuo nobili. cap. 4. lib. 1.

2 Si vero quæratur, quando fuit inuenta nobilitas iſta, dicerem, quod nobilitas in genere à mundi origine ortum habuit: nam ab ipſo mundi exordio ij ſanè virtute maxima & animi excellentia præclaris geſtis claruerunt, noti fuerunt, & nobiles reputati ſunt. Vti per plura exempla oſtendit Ferdinan. Mexia. in ſuo nobilia. libr. primo. cap. 40. vbi incipiens à filijs Adæ dicit. Abel ex eo quod fuit iuſtus, & virtuti deditus nobilem fuiſſe, & Cain ex malis operibus ignobilem, & ſic diſcurrit per exempla, vſque ad Salomonem, per ſingulas ætates, & generationes. Hi enim qui virtute, iuſtitia, & bonitate polluerunt: clari habiti ſunt, & ex claritate noti, ex noſcibilitate nobiles, & ex nobilitate electi. ſic Moyſes de tribubus



tribubus populi Iſraelitici nobiles conſtituit Iudices tanquam ex virtute clariores. Deute. 1. ſic Saul à Samuele Dei mandato rex electus eſt, vt vir bonus: quia non erat de filijs Iſrael vir melior illo, Reg. 1. cap. 9. ſic Romulus condita vrbe elegit mille viros nobiles ad eius defenſionem. ſic Tullius hoſti. elegit ex optimis Albanenſibus. Sic Gothi ex melioribus eligebant ſibi reges & epiſcopos: à multiſque alijs nationibus id actum eſt. & Theſeus ille Athenarum conditor in illius ciuitatis conſtructione, & reformatione nobiles ſegregauit, & ſeiunxit à plebis corpore: eiſq; ſolis ius & facultatem ſacra tractandi, & magiſtratus creandi conceſsit, ignobilibus, & plebi hoc denegato, vt refert Plutar. in vita eiuſdem Theſei. Et hęc eſt antiquior diſtinctio nobilium, & plebeiorum, quàm quæ facta à Romulo fuit: nec egò (quod ſim memor) aliam antiquiorem, nec hanc relatam inueni. Ita etiã Iuli. Cęſar. ſegregauit nobiles à plebeis non ſolũ in negotijs arduis, verum & in leuibus, refert enim Trogus Põp. c. 36. quod apud Cæſarem nobiles ſimul veſcebantur vno palatio. plebei verò inferiùs alio. De nobilitate autẽ noſtræ Hiſpaniæ (q̃ llamamos hidalguia) y quãdo, y como comencaron los hijos dalgo en Eſpaña nuſquam legi, nec quenquam legiſſe memini, etiam ſi à multis curioſis & eruditis perquiſierim. Hoc vnum proculdubio expeditum videtur, nobilitatem iſtam, que llamamos hidalguia, antiquiſsimam eſſe: & an fuerit ante Hiſpaniæ cladem & deſtructionem, que fuit Anno DCCXIIII. tempore infortunatiſsimi Regis Roderici vltimi Gothorum, dubitatur: cæterum non ambigitur, quin illico à principio ſuæ reſtaurationis, & recuperationis, que fue Año de DCCXVII. començo, y ſe continuo el nombre de hiſos dalgo en los que quedaron con el Infante don Pelayo: y fueron en ayudar a cobrar el reyno: porque entonces, q̃ fue Año de DCCXVII. dizen las Chronicas, que ſe juntaron con el los hiſos dalgo. y de aquellos han deſcendido los verdaderos ſolares, y hidalgos: y eſpecialmente ſe halla, y ſe haze mencion de hidalgos de Eſpaña en tiẽpo de los Godos, alomenos al tiempo q̃ ſe perdio Eſpaña: que fue Año de DCCXIIII. porque quando los Moros la yuan ganando, en las partes de los montes Pyrineos en Cataluña, que eſtan al paraſe de Rigaborça, haſta Canfranco, tuuieron los Moros la tierra haſta el valle de Giſtan, y Bielſa: mas no paſſaron mas adelante, porque les defendieron los Catalanes el paſſo en los caſtillos, y fortalezas, que por alli eran: que fueron en tierra de Sobarbre, Arcuſa, Caſtellazo. Monclus, Eſcaniella, la Clamoſa, Abilanca, do eſta el Caſtillo de los Reyes de Sobarbre: en eſtos, y en otros ſe conſeruaron los Chriſtianos de Aragon, y Cataluña, que deſpues alçaron por Rey a don Garci Ximenez, en la Cueua de Pauon, do eſta ſan Iuan de la Peña: que fue Año de DCCXX.

Y aſsi haſta oy en ſeñal deſto, dizen
las Chronicas Valentianas, que los
que vienen de aquellos ſolares, ſon
tenidos por hijos dalgo: y los que na
cen en Bellos, y Muro de Bellos, y
Puyaruebo, Bielſere, que eſtan en el
valle de Puertolas, y la lengua que en
tonces los Godos hablauan, quedo
en aquellos que alli ſe ſaluaron en los
Pyrineos, que eſtan a la mar mayor, q̃
ſon, val de Rõcal, y el valle de Salazar,
y el valle de Eſeua, y el valle de Santi
ſteuan, y los contornos deſtos valles:
q̃ deſcienden en Guipuzca: y coſtean
do el mar, ſe eſtienden por Alaba, y
Vizcaya. Huius rei Autor eſt (inter a-
lios) doctor Petrus Antonius de Beut
ter ſacræ Theologiæ Magiſter, & in
humanis literis, & Hiſpaniæ geſtis, &
annalibus valde doctus.

Y tambien en tiempo del maluado
Rey Mauregato, que fue ſeptimo Rey
de Leon, Año de D C C L X X X.
ſe lee, que daua cada año a los Moros
cien donzellas nobles, y hijas dalgo,
y otras tantas de baxa ſuerte. Y en
tiempo del Rey Bermudez, o Bermu
do ſegundo, que fue vigeſimo ſegun
do Rey de Leõ. Año de. D C C C C
L X I I. en cuyo tiempo fueron los
infantes, o Condes de Carrion, ſe lee,
que huuo grandes diſſenſiones, en-
tre los hidalgos con el Conde de Ca-
ſtilla don Garci Fernandez ſobre los
fueros y priuilegios d ſus hidalguias.
Y por eſtas differencias ſe paſſaron
muchos a los Moros, por perſuaſion,
y trato de don Vela. Y mas adelante
en el tiempo del Conde don Borel
quarto Conde de Barcelona, que fue
Año de D C C C C L X V. ſe lee,
que llamando gente para defender-
ſe de los Moros, y prometiendoles
mercedes, y franquezas, ſe juntaron
mil hombres de guerra bien apare-
jados, con los quales el Conde ven-
cio a los Moros: y en galardon armo
caualleros a los que no eran hijos
dalgo, y deſtos dizen que vienen, los
del linaje de paraje (que es linaje an-
tiguo) porque vinieron de paraje, o
aparejados para la guerra. Y de aqui
ſe ſacan dos coſas, la vna, que en aquel
tiempo, que (como he dicho) fue en
tiempo de Godos, quando Eſpaña
ſe perdio, y ſe començo a recobrar
hauia hidalgos: y la otra, que los que
fueron armados caualleros, fueron
los que no eran hijos dalgo. Y aſsi
caualleria no cae ſobre hidalguia pro
priamente. De quo infra ſuo loco di-
cetur. De mas deſto ſe halla, y eſta aue
riguado y eſcripto, que en tiempo
del Rey don Alonſo el octauo, hauia
hijos dalgo, pues el fue el que les echo
el pecho de los cinco marauedis por
conſejo, y conſentimiento de dõ Die
go Lopez de Haro, aquien el Rey ha-
uia prometido de darle por muger
a ſu hermana: porque acabaſſe con los
hijos dalgo, que le pechaſſen cada cin
co marauedis. Aunque deſpues al tie-
po, que el dicho Rey queria dar la ba
talla de Alarchos, dixo que tanto va-
lia vn villano, como vn hidalgo: y en
tonces don Diego Lopez con tre-
zientos hijos dalgo ſe ſubio a vn ote-
ro, y no quiſo pelear, a cuya cauſa el
Rey



Rey fue vencido: y ſiendo deſpues
reptado don Diego deſto, reſpondio
que mientra el Rey honraſſe los hijos
dalgo ſeria el honrado, y con eſto bol
uio don Diego en gracia de los hidal-
gos, que eſtauan mal con el por lo pri
mero: y le hauian tornado a Vizcaya
por auer cõſentido el pecho de los cin
co marauedis, del qual deſpues los li-
berto el Conde don Nuño de Lara hi
jo de don Pedro de Lara, que fue viſ-
dieto de Mudarra Gõçalez hijo de Gõ
çalo Guſtos, y de la hija del Rey de
Cordoua. Y tambien ſe lee, que el Cõ-
de don Sancho nieto del Conde Fer-
nand Gonçalez los liberto del Serui-
cio, y de yr a las guerras, como adelã-
te ſe dira. Y en el tiempo del Cid, que
fue Año de mil quarẽta, haſta mil no-
uenta y ſiete. que murio, mucho mas:
pues en ſu tiempo dize el Romãce vie-
jo, Santagadea de Burgos do juran los
hijo dalgo. &c. Y mas adelante en tiẽ-
po del Rey dõ Alonſo el decimo, que
ordeno las ſiete partidas, q̃ fue en el año
de mil y dozientos y quarenta y vno,
eran muy antiguos los hijos dalgo en
Eſpaña, como pareſce por las Croni-
cas, y por las meſmas leyes de la parti-
da. Itaque nomen hoc nobilium in
noſtra Hiſpania antiquiſsimum eſt a-
deo, vt eius initij memoria non exiſtat

4 Appellata autem fuit nobilitas à
noſcibilitate, quaſi nobiles à generis
claritate, & virtute geſtorum ſint o-
mnibus noti: & ſic deriuata eſt nobi
litas, à notione, & à verbo noſco: &
nobilis, idem eſt, quod notus, Vnde
Vergilius,

*Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis*
*Nobilis: id eſt, notus.*

Et Martialis.

*Proſtratũ Nemees, & vaſta in valle leonem,*
*Nobile & Herculeum fama canebat opus.*

Propterea apud pleroſque verbum
hoc nobilis & ad eos, qui propter ſce
lera noti ſunt, relatum inuenitur: vt
Hieronymus in Heluidium hæreticũ,
Nobilis factus eſt in ſcelere. & De-
moſthenes ad Laidem Corinthiam de
cem millia Drachmarum pro vnius
noctis congreſſu poſtulantem: Ego
non emo tanti pœnitere ob elegans
meretricium, & nobile ſcortum, id
eſt notiſsimum ſcortum. Ea proin-
de ratione eos, qui vel opibus, vel vir-
tutibus, vel genere alios anteceſſerunt
(ceu notiores) nobiles appellare ſole-
mus. Et eadem ratione Imperatores,
Principes, & magnates nobiles appel-
lantur, tanquàm magis noti. De Im-
peratore eſt text. in l. quæris. ff. de na-
ta. reſtit. ibi: nobilis Imperator. De du
5 cibus, & comitibus videtur text. in au
thentica de defenſ. ciui. §. interim. ibi:
vniuerſi nobiliores. & §. fin. colla. ter-
tia. Et tantò maior eſt nobilitas, quan-
tò notior, & antiquior, vt ſupra dictũ
eſt. Et per contrarium ignobiles dicũ-
tur quaſi non noti, & obſcuri, vt ferè
ſunt plebei, & infima pars populi. Y
por eſta razon anda mancomunada,
y junta la qualidad de notoriedad, cõ
los hijos dalgo: y ſe dizen notorios hi-
jos dalgo, id eſt, omnibus noti. Is enim
nobilis, de cuius nobilitate dubitatur,
nõ eſt vſquequaq; nobilis: illud enim

eſt notorium, quod apud omnes ſine vlla retractatione notum eſt,vt dicitur de re iudicata. vt in cap.pen.& fin.de cohabita.cleric. & mulie. Notorium enim iuris eſt iuſta, & nota, & irretractabilis definitio: & notorium facti, publica, famoſa,& communis proclamatio ex euidentia facti, ſeu rei proueniens. vt dicunt doctores in dicto capitu.fina. Et ex hoc( vt inferiùs latiùs dicam )poteſt iuſtificari ſtylus, & practica, quæ habetur in hoc regno, circa executionem, & intellectum legis Henrici & pragmat. diſponentium: que durante los pleytos pechen todos, los que no tuuieren executorias vſadas, y guardadas, o no fueren notorios hijos dalgo. Quod medulitus non conſiderantibus videtur durum, & iuri & eidem pragmaticæ contrarium: nam licet allegent ſe notorios, & ſtatim ſe offerant probationi notorietatis, nihilominus durante lite incollectantur, et extrahunt pignora: quod licet prima facie videatur durum, et dictæ pragmaticæ contrarium, poteſt iuſtificari ea ratione: quia non poſſunt dici notorij nobiles eo ipſo, quòd à cõmunitatibus,& fiſcali impetuntur, vt ſupradictum eſt: de quo inferiùs latiùs dicemus.

6 Appellatur autem notorius nobilis ille, qui per ſententiam(quæ tranſiuit in rem iudicatam)declaratus eſt talis: vel ille, qui ſine vlla populi retractatione talis reputatur,vt ſupra proximè dictum eſt: nam his duobus modis dicitur aliquid in iure notorium.vt in d. cap.pen.& fin.de cohabit.cleri.& mulie.& in l.ea quidem. vbi latè per Salice.C.de accuſatio. Ille autem de cuius nobilitate, vel opinione dubitatur,no ſe puede llamar notorio hijo dalgo.

7 Sed circa hoc videtur curioſa inueſtigatio: porque ſe llamen hidalgos notorios de ſolar conocido, de deuengar quinientos ſueldos. Et ad huius inueſtigationis declarationem conſiderabam, an poſſent adduci verba l.3.titulo.25.partit.4. quæ talia ſunt, vt ſequuntur.

8 Deuiſa y ſolariego, y Behetria ſon tres maneras de ſeñorio, que han los hijos dalgo en algunos lugares ſegun fuero de Caſtilla.&c. Et licet propter temporis antiquitatem iſta l. partit. & aliæ plures, quæ ſunt in titu. de las encartaciones.libr.4. ordin. que ponen los fueros,y coſtumbres deſtos tres derechos, o ſeñorios no ſe puedan oy enteramente guſtar, ni entender: tamen (quantum attinet ad præſens propoſitum )pareſce que ſolar conoſcido ſe llame qualquiera de aquellos ſolares o lugares, que los hijos dalgo antiguos de Eſpaña han poſſeydo, y poſſeen: y los que deſcienden dellos ſe llamen hijos dalgo de ſolar conocido: porque como el derecho de los hijos dalgo cõſiſta en deuiſa ſolariego y Behetria neceſſariamẽte los hijos dalgo ſeñores de aquellos ſolares, hauian de ſer muy conocidos por el nombre. Y aſsi en montañas, y Vizcaya, y Aſturias ſe llaman ſolares conoſcidos las caſas antiguas, y principales: porque eſtas deſde ſu principio y fundacion tuuieron algun derecho deſtos tres, o todos juntos.





Y por eſto para probar ſolar, ſe articula el apellido, y antiguedad de la caſa: articulando que es caſa y ſolar conocido de hijos dalgo, otros conſideran eſta palabra de ſolar conocido, en tres maneras. La primera, por razon que alguno ſea ſeñor y deſcendiente de alguna villa, o fortaleza, o caſa fuerte. Como los de Lara, Mendoça, Gueuara, &c. La ſegunda, por razon de auer ganado algun Caſtillo, Villa, o ciudad, o batalla, donde por razon de la victoria ſe tomo el apellido como le tomaron muchos en nueſtra Eſpaña. Los de Cordoua porque fueron en ganar a Cordoua y los de Auila,y los de Toledo,y los de Caceres,y otros. La tercera, por razon de naturaleza como ſe llaman algunos de los pueblos do naciérõ como ſi fueſſe de Toledo, o de Granada, o Seuilla. Y eſte apellido o ſolar no dize nobleza, ſino concurre alguna coſa de las dos arriba dichas de auer ſido en conquiſtar, o ganar aquella tierra, como ſe llamo Scipion Africano, porq̃ gano y cõquiſto a Africa, y el otro a Aſiano, porq̃ cõquiſto a Aſia, y Marco Mãlio capitolino, porque defendio el Capitolio. Y Sergio Fidenate porque vencio a los Fidenates: y el otro torcato, porque vencio a Gaulo. Y le quito el collar. Eſt etiam notãdum, que ay differencia entre ſolar conoſcido y notorio porque muchos dexarõ el ſolar conocido por hazañas notorias, como dizen que hizieron los Girones que ante ſe llamauan de Ciſneros por auer ſocorrido al Rey don Alonſo con ſu cauallo y tomado le vn Giron ſe llamaron Girones. y los Barbas que antes ſe llamaron Sarmientos, otros ay que ſin ſolar ſon linajes notorios como los de la Cerda: Anſurez Suarez Manriques. Supradictorum autor eſt Mexia ſuo nobilia.libro.2.cap.13. & 16. quem vide. Y ſegun eſtas conſideraciones en Roma eran conocidos los de apellidos y familias nobles: como Scipiones, Fabios, Brutos, y otros. Y en Francia lo ſon los Borbones, y Venocinios, y Valleſios, y Trimollis, y Vienenſes. Y en Florencia, Medicis, Strocis. Y en Genoua. Orias, Centuriones, Fragoſos, Adornos, Spindolas. Y en Milan Esforcias. En Mantua, Gonzagas. En Ferrara, Aſtes, o Eſtes. Et aliæ notæ familiæ, vt de ſingulis dicit Caſſaneus, in d.Catalo.in parte.8. in conſider.3. Vnaquæq; enim prouincia à ſui initio, & fundatione habuit certas familias nobiles, diſtinctas à plebeis, & notas de per ſe ex antiquo nomine, & reputatione. Como en nueſtra Eſpaña a hauido, y ay en cada prouincia della caſas, y familias illuſtres, y nobles de hijos dalgo. Como en Caſtilla, la caſa y familia de la Cerda, y la de los Manueles, y Guzmanes, y Enriquez, y Manriques, y de Toledo & alię. aũ q̃ en los Mãriques ay dos opiniones vna q̃ vinierõ de Alemaña, otra q̃ ſon de la caſa de Lara, vide nobilia.lib.2.cap.16.

10 Y en Vizcaya, la de Mendoça, Velaſco, Gueuara, Ayala, &c. En Portugal, Pimenteles, Caſtros. En Montañas, Salazar, Amaya. Y en Aſturias Miranda, Valdes, Nauia, Salas, & ſimiles. Y en Galizia, Andradas, Vlloas, Bermudez,

mudez, Saauedras, Soto Mayor. &c.
Harum familiarum poſſeſſores & ſuc
ceſſores ferè ſemper, et ab antiquo fue
re nobiles, & propter nobilitatem, &
clarum genus, virtutes, & opes noti, et
per conſequens deſcendentes ex eis,
poſſunt dici nobiles: y ſe pueden lla-
mar hijos dalgo de ſolar conocido: y
aquellos mas, que de mas antigua, y
conocida caſa, y ſolar deſcienden. Qua
ratione videtur, que los que deſciendẽ
y ſe deriuan de las caſas y ſolares, que
quedaron en las montañas con el infã
te don Pelayo al tiempo de la deſtruy
cion de Eſpaña, ſean mas antiguos, y
conocidos hijos dalgo. Como los de
la Hoz de Lara, & ſimiles. Y deſpues
dellos los que ſucceſsiuamente pobla
ron, y ſe ſeñalaron por buenos, y vale
roſos. Vnum tamen eſt aduertendum:
que oy no ſolamente ſe tienen por ſo-
lares conocidos en Vizcaya, y monta-
ñas las caſas de los parientes mayores:
pero tambien las otras que tienen apel
lidos ciertos, y antiguos. Y aſsi gozan
dellas para conſeruacion, y pretenſion
de hidalguia, aunque por parte de los
fiſcales ſe pidio el año paſſado de cin-
quenta a ſu M. mandaſſe que eſto no
ſe eſtendieſſe a las caſas y caſerias que
no fueſſen de los parientes mayores. Y
ſu M. y los de ſu conſejo mandaron
conſultar eſto con las audiẽcias, y por
el acuerdo de la de Granada ſe embio
conſultado: q̃ todas las caſas dõde no
auia hauido pechos de tiempo imme-
morial a eſta parte, gozaſſen de ſer teni
das por ſolares conocidos: y que la pro
uança deſto quedaſſe enel aluedrio de
los Iuezes.

11 Illud verò, quòd dicitur, de vengar
quinientos ſueldos, variè & incertè in
telligitur: quia nec per leges regni, nec
per Hiſpaniæ hiſtorias ſatis declaratum
inuenitur, vnde hæc quingentorum
ſolidorum vindicatio originẽ habue-
rit. Sed tantùm inueniuntur quædam
indicia, vel argumenta: ex quibus vnũ
12 eſt, quod habetur in l. 85. in. ll. ſtyli. &
in l. 131. vbi dicitur, que la pena de la deſ
honrra hecha a hijo dalgo ſea quinien
tos ſueldos, y la deshonra de los otros,
que no lo fueren, ſea de ay a baxo. ver
ba leg. 85. ſunt, otroſi, es a ſaber que el
hiſo dalgo no ſera anſi juzgado, como
otro que no es hijo dalgo, y la pena de
la deshonra del hijo dalgo es quinien
tos ſueldos: e ſi qualquier otro que no
ſea hijo dalgo demanda pena de deſ-
honra ſi por fuero aya pena eſſa juzga
ran. Y ſi no juzgaran la pena de quan-
tia de quinientos ſueldos ayuſo. porq̃
no a de auer tan gran quantia como el
hijo dalgo. Y daqui algunos quieren
dezir, que los hijos dalgo ſe dizen de
vengar quinientos ſueldos: porque a
ellos ſolos ſpecialmente por ſu noble-
za les compete eſte derecho de eſtimar
ſus injurias en quinientos ſueldos: por
que la palabra de vengar en lenguaje
de Eſpaña, quiere dezir pagar, y eſta
opinion ſiguio y comprobo con o-
tras leyes antiguas, El Señor Doctor
Couarruuias, meritiſsimo Arçobiſpo
electo de Santo Domingo, en ſu cu-
rioſo tractado, de Veterum numiſma
tum collatione. capit. quinto. nume. 7.
Otros quieren, que eſte fuero de de
uengar



vengar quinientos ſueldos, venga de
aquella hazaña de quãdo los hijos dal
go puſieron los ſueldos, que les pediã
de pecho, en los hierros de las lanças,
por conſejo y parecer del Conde don
Nuño que fue el que deſpues los liber
to del, vt infra dicetur. Aliter tamẽ (vt
mihi relatum eſt) id explicabat doctiſ
ſimus quidam vir, ſupremique Cæ-
ſaris conſilij Senator, cuius anima iam
requieſcit in pace, dicens: que ſe llama
ua vno hijo dalgo, notorio, de ſolar co
nocido, de deuengar quinientos ſuel-
dos porque era de ſolar tan conocido,
y rico de algo que deuengaua quiniẽ-
tos ſueldos, como ſi dixeſſemos es de
ſcendiente de caſa de tantas mil de ren
ta, y ſegun eſto el deuengar quiniẽtos
ſueldos ſe refiere al ſolar, y no a la per
ſona. Quam interpretationem ſua ip-
ſius authoritate admitti poſſe ſub alia
rum incertitudine & diuinatione quę
in hoc articulo traduntur, exiſtimo. Vt
cunque ſit, expeditum eſt, quod ſoli-
dorum nũmus antiquiſsimus eſt à Ro
manis introductus, & in Hiſpania val
de vſitatus: cum innumeræ leges Im-
peratorum, & de iure regni loquan-
tur de ſolidis, vt ſtatim dicetur.

13 De quibus autem ſolidis, intelligatur
iſta vindicatio quingentorum ſolido-
rum, de qua agimus, & de valore ipſo
rum, & qualiter reducantur ad ratio-
nem & cõputationem nummorũ, &
monetarum huius regni antiquorum,
et modernorum apud me valde incer
tum eſt, & ambiguum: & ſi Montal.
in l. 1. titu. 5. libr. 2. for. ll. horum ſolido-
rum valorem, & correſpondentiam
ad præſentis temporis monetam redu
xerit: & poſt eum multo curioſiùs, &
copioſius Doctor Couarru. Alcyua,
inter homines noſtrę ętatis eruditiſsi-
mus, huius Cãcellariæ meritiſsimus ſe
nator. libr. ſuo Variarum Reſolutionũ
1. capit. 11. vbi ex grauibus, & doctis vi
ris, horum ſolidorum, & aureorũ va-
lorem, moropetinorum etiam de qui
bus in pluribus huius regni legib⁹ paſ
ſim fit mentio, non ſine ſtudij labore,
& ingenij curioſitate conatus eſt re-
ſoluere. Quorum doctorum opinio-
nes, & reſolutiones apud me in non-
nullis articulis dubiam & difficilem
interſe videntur habere concordiam.
Vt ex infra dicendis ſtatim apparebit.
Quare, vt clariùs hic artic. poſsit expe-
diri, mihi viſum eſt hunc ſolidorum
nummum, qui apud me variè, & ge-
nericè in iure capitur diſtinguere. So-
lidorum enim, ſicut nummorum, ge-
neralis eſt appellatio: nam quidã ſunt
ſolidi aurei, de quibus loquitur l. quo
ties. C. de ſuſcepto. & Archid. libr. 10.
Quorum ſeptuaginta duo faciebant li
bram auri Romanam, hoc eſt, duode-
cim vnciarum, vt ibi dicitur, ex alijs
pluribus locis comprobatur. Quo fit il
lud abſq; cõtrouerſia eſſe ſicuti idem
d. doct. Couarru. in dicto ſuo elegan
ti tractatu, de collatione veterum nu-
miſmatum (denuo non ſine magno
labore, & nimia curioſitate in lucem
emiſſo) teſtatur. in capit. 3. in prin. nu.
3. & appellabantur ſolidi à ſoliditate:
quia de ſolido, & puro auro fiebãt, vt
dicit gloſ. in l. 1. C. de vete. numiſ. pot.
vel ſecundum alios ideo dicebatur ſo
lidus.

lidus quaſi nihil illi deeſſe videretur. Solidum enim antiqui integrum dicebant. Sicuti conſtat ex Vlpiano in l.ergo.§.creditoribus.ff. de fideicommiſ. liberta.& ex Horatio ſcribente aut partem ſolido demere de die.vtcunq; tamen ſit, de iſtis loquitur eadem l.1.& 2.& 3.de eiſdem etiam ſolidis aureis loquitur tex. in l.quicunque.C.de ſeru. fugit.vbi dicitur:quod ſuſcipiens ſeruum fugitiuum alterius inſcio domino,punitur in ipſius, & alterius æqualis reſtitutione,vel pro iſto in.20.ſolidis & ibi gloſa de his ſolidis aureis intelligit. De his etiam ſolidis loquitur textus in §.finali.inſtitut. de pen. teme.litig. licet in hoc aliud crediderit prædictus doctor Couartubias,vt ſtatim dicemus. De his etiam ſolidis aureis credo, quod intelligitur textus in capit.fina.extra de rerum permuta.vbi alio nomine appellantur ſolidi regales. De his etiam loquitur text.in §.nos autem.inſti.de Attili.& in cap.côquerente,de offic.ordin.vbi Abb.& poſt cũ Felin.latè de ſolidorum valore,et qualitate. De his etiã loquitur tex.in l.ſancimus in princip.& in l.penul. C. de dona.& in §.aliæ. inſtit.eod.titu.& in l.illud.C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi dicitur, quòd donatio excedẽs.300.ſolidos olim, hodie.500. debet inſinuari. Pondus verò cuiuſlibet ſolidi aurei erat ſextula pars vnciæ Romanæ habetque 96.grana vt ex Alciat.& Iſidor. deducit idem Dominus Doctor Couarru. loco citato nume.3.poſt Felin.in addi. ad d. cap.conquerente.& Bar.& Pla. et Lucas, de penna.in dic.l.quoties.C. de ſuſcepto. Qua ratione prædictus doctor ſolidum hunc aureum par põdus habuiſſe dicit cum eo nũmo, quẽ Caſtellanum Hiſpaniæ dicimus, cùm ipſe Caſtellanus ſextam quoque habeat vnciæ partem(licet maioris valoris eſſet ſolidus)cùm is æſtimaretur apud Romanos.66.ſeſtertijs & dimidio quorum quilibet( vt infra dicetur) decem quadrantibus,hoc eſt, moropetinis æquiualebat. Caſtellanus verò ſolùm æſtimatur.485. marauedis, & ſic 48.ſeſtertijs & dimidio.

Et ex hac ſupputationis ratione ſecũdùm præfatum dominum deducitur intellectus ad l.9.titu.4.part.5.adõde hablando de la ley en la inſinuaciõ de las donaciones dize cõfirmando la ley ſancimus, y la ley penul.C.de donat.que la donacion, que excediere de quinientos marauedis de oro, no valga ſin carta, y inſinuacion: vt illa l.intelligatur de ſolidis aureis vel caſtellanis, qui idem ſunt (vt ſupradictũ eſt) quod vltra ſupradictam iuris rationẽ ita vſu & interpretatione receptũ eſt. Itaque, la palabra marauedis de oro, que aquella ley pone,ſuppone por ſueldo, y por caſtellano, & per conſequens iſta tria ſolidus aureus Caſtellanus & Moropetinus aureus idem ſignificant.

An autem nummus, qui aureus vocabatur( de quo digeſtorum legibus frequens eſt mentio) idem ſit, quod ſolidus, de quo ſupra,non eſt omnino expeditum : quanuis glo. in dict. l.quoties hoc proculdio affirmauerit, & in dict.l.quicũque & in l.2. C. de ſport. et



ſport.& in rub.C.de vete.nu. poteſt. & in l.fina.ff.de in ius vocan.& in alijs pleriſq; locis. Nam præfatus doctor Couarru.ex eruditis authoribus per ipſum relatis,ſcilicet, Iulio Poluce, Budæo, Alciat.Portio. contrariũ opinatur & tenet,dum aureum ſeſcuplo maiorem ſolido eſſe ex prædictis authoribus firmat:ita vt aurei.4.tantũ ponderis habeant,quãtum ſolidi ſex. Ex quo l.nonnulli.ff.de accuſa.& l.1 ff.de varijs, extra.ord.cognit.quæ de aureis loquuntur,non de ſolidis intelligendas eſſe dicit, ſed de aureis ipſis peculiaribus: quorum cuiuſlibet valor mille quadrantibus, ſiue moropetinis æſtimat:quem aureorum valorẽ ex Cornelio tacito,Suetonio, & aliis autoribus ſine diſcrimine opinionũ admittit,ea primum admiſſa computationis ratione,vt quilibet aureus cẽtum æquiualeat ſeſtertijs,quorum quilibet.10. quadrantibus.

mas de la poſſeſsion de todas tres per-
ſonas es la immemorial con las quali-
dades y circũſtancias dichas,quę ſunt
conformes iuri communi ſecundum
dict.l.ſi arbiter,& tradita per gloſſ.&
Barto. in dict.l. prima.§. idem labeo.
ff. de aqua pluui. arcen. & per Inno-
centium in dict. capitu. bonæ. & per
Guidonem conſil.vel deciſione.356.
qui pulchrè & latè proſequitur.& la-
tius Balbus in dict. ſecunda parte ter-
tiæ principa.numero.35. cum ſequen
tibus & Curtius conſilio. 77. vnum
tamen eſt,quod quando mors aui eſ-
14 ſet tam antiqua, quod teſtes non po-
tuiſſent naturaliter eum cognoſcere,
ſufficit probatio de auditu ſecun-
dum iſtam pragmaticam, quod etiã
vltra ipſam æquitatem eſt ſecundum
diſpoſitionem iuris communis: nam
de factis,quæ excedũt hominum æta-
tem,non poteſt reddi ratio per viſum
vt notat Innocent.in capitu.cum cau-
ſam.de iura.calumniæ, & ipſa natura
manifeſtum eſt:nam, vt inquit Bald.
eleganter in l.non ignorat, quarta co-
lumna.C. de his qui accuſ. non poſſ.
Nemo ex his,qui nũc ſunt,vidit Cæ-
ſarem,aut Federicum Imperatores. vt
ff.de iudi.l.cum proponebatur.

15 Vlterius principaliter quæro: da-
to,



to,quod in præſcribendis tributis (de
quibus loquimur) non poſsit dari ti-
tulus niſi à principe, quo caſu non eſt
neceſſaria præſcriptio, an requiratur
bona fides? & videtur,quod nõ: quia
cum requiratur tempus immemoria-
le,vt dictum eſt, videtur quod nõ ſit
neceſſaria bona fides. & ita tenuit Sa-
li.in l.ſecũda.C.de ſerui.dicens,quod
vbi habemus tempus immemoriale
non eſt curandum de bona, vel mala
fide: idem tenet Iacobus in tracta. de
omagio columna quarta. & videtur
facere regula textus in l.omnes, & in
l. cum notiſsimi. C. de præſcriptio.
30.vel.40. annorum. vbi longiſsima
præſcriptio triginta, vel quadragin-
ta annorum procedit ſine bona fide:
ergo multo magis ea, quæ eſt imme-
morialis.

Sed his non obſtantibus contrariũ
eſt verius,& magis communiter tene
tur, quod imo requiratur bona fides.
vt tenet gloſ.in d.c.primo. de præſcri
ptio. libro ſexto.& Philippus Fran.
ibi & Berta. in reperto.in verbo præ-
16 ſcriptio.el ſegundo. columna quarta,
& Cano.in dict. capit. ſi diligenti. &
Balbus latè in d. ſecunda parte tertiæ
principa.numero.30.bene verum eſt,
quod in præſcriptione immemoriali
iſta bona fides ſemper præſumitur:
vt ſingulariter tenet Innocen. & Bal.
in dicto capitu. ſi diligenti. quorum
doctrinam refert, & ſequitur Balbus
vbi ſupra nume. 29. Imo (quod am-
plius eſt) dicit Panormita. conſil.71.
incipiente.clericus. quod qui tantò tẽ
pore non ſoluit tributa, præſumitur
quod aliqua cauſa iuſta fuerit exem-
ptus, quod eſt notandum. & Felinus
in cap.cum à nobis,de pręſcript.dicit,
quod iſta præſumptio reſultans, ex tã
to tempore eſt iuris & de iure, & non
recipit probationem in contrarium,li
cet admittatur probatio, quod nõ ſit
lapſum tantum tempus.

Vnum tamen eſt notandum, quod
17 licet non poſsit probari per inſtrumẽ
ta memoriam non extare ſecundum
Ioan.Andre. & alios in dicto capitu-
lo primo: tamẽ bene poteſt per inſtru
menta probari cõtrarium: ſcilicet,me
moriam extare: quo probato ceſſat o-
mnis probatio teſtium, quod eſt no-
tãdum, quia eſt contingibile, & quo-
tidianũ in his cauſis nobilitatis,in qui
bus frequenter inueniuntur inſtru-
menta antiqua: eſpecialmente padro-
nes, y alardes: por los quales parece,
que el viſabuelo, o algun aſcendien-
te pecho: y conſtando deſto, aunque
eſte probada immemorial por teſti-
gos,no es baſtante.Et eſt limitatio ad
text. in l. in exercendis. C. de fide in-
ſtrumen. quia iſto caſu maiorem vim
18 habent inſtrumenta, quàm teſtes.Ex
ſupra dictis infero vnũ,quod in ſcho
lis forſan videretur nouum, quod in
præſcribendis tributis, vel immunita
te eorum,non eſt ſufficiens titulus ad
præſcribendum titulus pro hærede:
ex eo enim,quod pater,& auus meus
non ſoluerint ſuis temporibus tribu-
ta,nõ propterea ego potero titulo pro
hærede præſcribere tempore ordina-
rio,quod forte procedit ea ratiõe quia
ius commune contradicit tam mihi,

quàm patri & auo. Si tamen oſtenderetur titulus principis, etiam minus ſufficiens, ſufficeret tempus quadraginta annorum, vt ſupra dictum eſt, per.l.fi.C. de fundis patrimo. de quo latius infra dicemus.

19 Vlterius principaliter quæro, an ex parte principis, contra quem præſcribitur immunitas, debeat concurrere ſcientia, & patientia, vt particularis poſsit præſcribere? Et videtur quod ſic, quia ſicut præſcriptio in corporalibus non poteſt procedere ſine poſſ. vt in l.ſine poſſeſsione. ff. de vſucap. cum alijs: ita in incorporalibus non procedit ſine quaſi poſſeſſ. quæ quaſi poſſeſſ. conſiſtit in ſcientia, & patientia. vt in l.quoties.ff. de ſeruit. & in l. ſeruitutes, la magna. & in l.ſecunda. C.de ſeruit. maximè in præſcribenda
20 libertate. vbi nõ acquiritur quaſi poſſeſſ. niſi à tempore contradictionis. vt eſt gloſ.ordi. in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrba præd. vbi dicit, quod etiã ſi per mille annos ego non tollã ædes meas, non acquiro quaſi poſſ. altius tollendi, nec incipiam præſcribere libertatem, niſi à tempore, quo vicinus ſciens, & patiens conſenſerit, vel eo contradicente fecerim, & in hanc partem conſuluit Ripa reſpon. quarto in fine, vbi dicit, quod ad præſcribendã immunitatem tributorum requiritur ſcientia & patientia, & inſuper alia tria, quæ ante eum poſuit Alexand. in conſil. 136. incipiente in cauſa & lite. & retulit Balbus in ſecunda par-
21 te quintæ principalis numero. 34. vbi dicit, quod ad præſcribendam immunitatem collectarum requiruntur quatuor vltra ipſum tempus immemoriale. Primum bona fides de qua dictum eſt ſecundum ſcientia & patientia ſuperioris de qua nunc agimus. Tertium quod iſte qui prætendit, fuerit aliquando requiſitus. Quartum, quod noluerit ſoluere, argumẽto tex. in l. hæc anteà iura. ff. de ſeruit. vrba præd. & gloſ. in d. l. qui luminibus, & notatorum per Bart. in l. cum ſcimus de agri. & cẽſi. vbi dicitur, quod ſi per mille annos non exercui iuriſdictionem, ſi non fui requiſitus, non prǽſcribitur contra me, cùm non euenerit caſus.

His tamen non obſtantibus communis opinio eſt in contrarium ſecundum Balbum. vbi ſupra in dict. ſecũda parte quintæ principalis num. 27. & latiùs in ſecunda parte tertiæ principalis numero. 32. vbi refert Alexan. conſilio. 6. incipiente viſo thema. Iaſſo. in l.imperium. 9. colũ.ff. de iuriſd. omni. iudi. Felin. in dict. cap. cum à nobis col. prima, & ſecunda. & Decius conſilio. 85. incipiente diligenter: quibus locis & alijs multis concluditur, quod vbi agitur de poſſeſ. vel quaſi temporis immemorialis nõ requiritur ſcientia & patientia Principis in præſcribendis iuribus regalibus, ſed ſufficit ſcientia communitatum, que llamamos conceſos. ſecundum Bartolum in l. ſi publicanus. §. fina. ff. de publi. licet contrarium tenuerit Salic. in l. vectigalia. C. noua vectiga. inſt. non poſſ. Sed prout dixi communis opinio eſt cum Barto. ſecun-



ſecundum Balbum qui latè refert opiniones in dicta ſecunda parte numero. 27. Et iſta pars in his cauſis nititur maiori ratione: nam alias nullus poſſet præſcribere immunitatem vel pauciſsimi, ſi eſſet neceſſaria ipſius principis certa ſcientia: ſatis enim eſt, vt dixi que interuẽga, ſcientia y paciencia de los conceſos.

Circa illud vero, quod fuerit requiſitus et denegauerit ſoluere, ambiguũ eſt apud me an in his cauſis ſit neceſſarium vel noceat: atento que eſta pragmatica dize, que prueuen pacifica poſſeſsion ſin contradicion: dõde parece, que hauiendo ſido requeridos, o pedidos en algũ tiempo, arguye que no ha ſido la poſſeſsion pacifica: niſi intelligamus, quod tempus immemoriale currat à tempore huius contradictionis. vt in eodem articulo videtur tenere idem Balbus, vbi ſupra num. 34. in fine.

*S V M M A R I V M ex capite ſequenti.*

1 *In præſcribenda immunitate quaſi poſſeſſio debet cauſari ex ſola nobilitatis opinione.*
2 *Refertur & exponitur pragmatica de Tordeſillas Anno. 1403. & l. Domini Regis Henrici Anno. 1398. in titulo de los hijos dalgo. lib. 4. ordina.*
3 *In præſcribenda immunitate requiritur, quod quaſi poſſeſsio ſi iure libertatis.*
4 *Iudices harum cauſarum nobilitatis, negligenter in conſideratione qualitatũ requiſitarum ſe habent.*
5 *Tempore, quo non eſt libera iuſtitiæ adminiſtratio, non quæritur quaſi poſſeſ. immunitatis.*
6 *An in præſcriptione immunitatis ſit neceſſarium, quod domicilium patris & aui fuerit idem.*
7 *An in locis liberis, & immunibus à tributis poſsit quæri quaſi poſſ. immunitatis.*
8 *Quaſi poſs. etiam per mille annos non quæritur, quando non euenit caſus contradictionis vel ſeruitutis.*
9 *Vbi eſt differẽtia nobilium & ignobilium poteſt quæri quaſi poſſ. nobilitatis ex quibuſdã actibus etiã ſi nõ ſit tributorũ præſtatio.*
10 *Furor ſuperueniens præſcribenti non mutat ſtatum, quem inuenit.*
11 *Qualitas poſſ. princ. an præſumatur vel tranſeat in filium.*
12 *Quando agitur de nobilitate incidẽter, leuior probatio ſufficit.*

## De qualitatibus & adminiculis immemorialis præſcriptionis in his immunitatis cauſis conſiderandis.

*C A P. V I I I.*

1 QVAERO vlterius, quæ aliæ qualitates requirantur ad probationẽ proprietatis in his cauſis? Reſpon. quòd requiritur, que la poſſeſsion y exempcion que han tenido los que litigan y ſu padre y abuelo aya ſido por auer ſido tenidos por hijos dalgo, y no por otra cauſa ni razon. Secundum,
2 quod diſponitur en la pragmatica de Tordeſillas del Año de. M.CCCC.III. Donde eſta encorporada la ley del Señor Rey don Henrique el terce-

ro hecha en Toro Año de. M C C C-
X C V I I I. Ibi dum dicit: Pero ſi
en la dicha ciudad, o villa, o lugar do
agora mora eſte, que ſe dize hijo dal-
go (a que agora nueuamente ſe demã
da por el concejo que peche) ſu abue-
lo o ſu padre moraron en la ciudad, o
villa, o lugar do es agora eſta contien
da, o ay bien cerca en la comarca, y
nunca en ſu vida pecharon por dezir
que eran hijos dalgo, ni tan poco pe-
cho eſte ſu hijo y nieto, quiero y es mi
merced, q̃ en tal caſo no peche eſte,
ſaluo ſi la fama es, que ſu padre, o a-
buelo no eran hijos dalgo: y no de-
xarõ de pechar por ſer hijos dalgo, ſal
uo por ſer acoſtados de algun ſeñor,
o de algun cauallero, o eſcudero, o de
algun maeſtre, o de ygleſia, o que por
otra razon alguna no pechaſſen: mas
no por ſer hijos dalgo. &c. Y eſta qua
lidad tambiẽ es conforme a derecho
comun: nam adhoc, vt aliquis pręſcri
bat libertatem ſeruitutis, vel exẽptio-
nem, requiritur quod vſus ſit quaſi
poſſeſsione iure libertatis, & nõ alio.
3 Nam ſi iure facultatis, vel precario v-
ſus ſit, nullo tempore acquirit, vt eſt
textus ſingularis in l. fina. ff. quemad.
ſerui. amitta. & in l. vt pomum. ff. de
ſerui. titulo genera. & in l. fina. ff. de
itine. actuque priua. & in l. prima. §.
hoc interdicto. vbi glo. nota. in ver-
bo. vſus. ff. codẽ. Poſſeſsio enim, quæ
non iure ſeruitutis acquirendæ, vel ex
tinguendæ habetur, non requirit nec
extinguit ſeruitutem maximè in liber
tate quærẽda, vel exemptione: in qua
(vt dixi) non quæritur quaſi poſſeſsio
niſi à tempore, quo requiſitus noluit
ſoluere. vt per glo. in allegata. l. qui lu
minibus. & per textum in dict. l. hæc
autem iura. & Balbũ, & Guido. vbi
ſupra. Ex quo conſtat, quòd particula
ris, qui vult probare proprietatem no
bilitatis, vel exemptionis, debet qua-
lificare quaſi poſſeſsionem ſuam &
patris & aui modo, & forma ſupra-
dictis: nec ſatis erit probare quaſi poſ-
ſeſsionem nudam, vel exemptionem,
niſi ſimul probet qualitatẽ: quia vbi
lex requirit actum cum qualitate, nõ
ſufficit probare factum niſi ſimul pro
betur qualitas. vt in capit. primo. de
hom. libro ſexto. capit. auditis de præ-
ſcrip. l. prima. §. quod autẽ. & ibi Bar
tol. ff. ne quid in flumi. publi. & in l.
fulcinius. §. cum autem. ff. ex quibus
cauſ. in poſſeſſ. eatur. cum concordan
tijs: de quibus per Iaſo. in l. prima. §.
in eum. ff. ne quis eum. Felin. in capit.
cum Ioan. Heremita. 17. colum. de fi-
de inſtrumen. Curtius conſilio. 84. in
ſecunda colum. & in materia noſtra
eſt textus expreſſus in l. prima. §. hoc
interdicto in verbo vſus. ff. de itine.
actuque priuato.
4 Ex quo negligenter, imò iniuſtè ſæ
pe faciunt iudices harum cauſarum,
qui parùm aut modicùm aduertunt
ad probationem huius qualitatis, &
aliarum, ſed ſine conſideratione illarũ
eo ipſo, que los teſtigos del litigante
dizẽ que ſaben que el y ſu padre y a-
buelo no pecharon. Dan ſentencia en
ſu fauor en propriedad. Imò (quod
grauius eſt) que muchas vezes prueua
el cõcejo y Fiſcal, que el padre y abue





lo, o alguno dellos fueron allegados
a perſonas poderoſas, o fueron Regi-
dores, o Alcaldes, y que por eſto de-
xaron de pechar, y otras coſas de las
contenidas en eſta pragmatica, & ni-
hilominùs apud illos eſt modicè aut
nullius cõſiderationis: quod certè vi-
detur contra legum, & pragmatica-
rum intentionem, & nõ ſine aliquo
Cæſaris & communitatum præiudi
cio fit.
5 Eſt etiam alia qualitas neceſſaria, ſci
licet, que la quaſi poſſeſsiõ, que prue
uan, no aya ſido violenta, ni viciosa,
puta acquiſita tempore quo opprime
bantur iura regalia, & ipſa iuſtitiæ ad
miniſtratio, vt dicit pragmat. de Cor
doua. in ſecunda colum. in verſiculo
(no mirando) talis enim quaſi poſſeſ
ſio non releuat, cùm ſit vitioſa, & vio
lenta, vt ibi dicitur: & idem ſi ſit clan
deſtina, vel doloſa, vel ex falſa cauſa
quæſita: puta, monſtrando a los offi-
ciales del concejo executorias agenas
por proprias, o priuilegios reuocados
o otras eſcripturas tales, vt quotidie
fit: his enim caſibus comperta verita-
te, & detecto dolo talis quaſi poſſeſ-
ſio non proficiet: imò nocebit, vt fuit
enel pleyto de los Portillos de villa
Rubia a donde cõ vna executoria de
parte de madre gozaron muchos a-
ños haziendo entender al concejo q̃
era de parte de padre. Denique in his
cauſis ſiue agatur de petitorio, vl' poſ
ſeſſorio probando, quaſi poſſeſsio de
bet eſſe iuſta, & iuridica, non vi, non
clam, non precario, vt in dicta. l.
finali. ff. de itine. actuque priuat. & in
l. prima. §. perpetuo. ff. vti poſsidetis.
Cuius verba, Perpetuo autem huic in
terdicto inſunt hæc: quod nec vi,
nec clam, nec precario ab alio poſsi-
deas: quæ verba declarantur per le-
gẽ primam. §. finali. cum lege ſequen
ti. eodem titulo: ſicut enim in inter-
dicto vti poſsidetis. is vincit, qui do-
cet de poſſeſsione, non vi non clam,
non precario habita: vt in l. ſi duo &
per totum. ff. vti poſsidet. & in capi-
tulo licet cauſam. de probationi. ita in
his iudicijs ſiue agatur de poſſeſsio-
ne, ſiue de proprietate, poſſeſsio de-
bet eſſe iuſta.
6 Illa vero qualitas quam, ponit illa
pragmatica de Tordeſillas, que el pa-
dre, y abuelo ayan biuido en el lu-
gar do biue el que litiga, o en ſu co-
marca, non multùm attenditur, verũ
tamen eſt, quòd ſolùm videtur iſta
pragmatica requirere iſtam qualitatẽ
quando agitur de poſſeſsione. Por-
que ſolamente la pone, y repite quan
do habla del entendimiento de la ley
del ſeñor Rey don Henrique: hecha
en Leon: La qual ſolamente habla, y
trata del amparar en la poſſeſsiõ a los
que probaren que ſu padre y abuelo
por veynte años en los lugares don-
de biuieron ſeyendo vnos meſmos o
en la meſma comarca no pecharon.
Et iſta etiam qualitas, licèt videatur
leuis, eſſet attendenda: quia proce-
dit de mera iuris communis diſpo-
ſitione, qua cautum eſt: quòd in cau
ſis quæ requirunt probationem tem
poris immemorialis, teſtes debent eſ-
ſe vicini vel circumuicini, quia ſcien-

tia iſtarum cauſarum cadit meliùs in eos & præſumuntur meliùs ſcire, vt in l. 1. §. 1. ff. de flumi. ibi dum dicit: ęſtimatione circumcolentium & eadē ratione quaſi poſſeſsio patris et aui debet eſſe cōtinuata in eodē vel vicino loco, vt clarius poſsit probari. ita Ioā. Andr. in allega. cap. 1. de præſcri. libr. 6. Baldus in dicta. 2. par. 3. part. num. 36. quādo enim auus fuit incola vniꝰ prouincię vel diœceſis & pater alteriꝰ & ipſe qui contendit alterius, non poteſt facile probari de cōtinuata quaſi poſſeſ. & reputatione aui & patris deriuata in filium & nepotē: ſed videt̃, quod vnuſquiſq; tantum de ſua perſona doceat, & poteſt reddi probatio captioſa & ęquiuoca ex mutatiōe domicilij: ex quo videtur, quòd iſta qualitas non eſſet omnino contēnenda.

7 Sed iuxta hanc partem quęro, an in probatione proprietatis in his cauſis proſit vel noceat litiganti quaſi poſſeſsio: quam habuit pater vel auus in loco exempto vel ratione alicuius officij, vel dignitatis temporalis, vel perſonalis: & vt hoc melius intelligatur, ſubijcio exemplū, pater, vel auus meꝰ vixerunt in aliquo loco, vel ciuitate libera, & immuni à tributis, puta en Valladolid, o Toledo donde no ay pechos, o en Granada, y en todo ſu Reyno, donde tan poco los ay, ni differencia de pecheros à hidalgos, o en otro lugar libre, o fue Licenciado, o Doctor por vniuerſidad de las q̃ gozan, o Alcalde, o Regidor en pueblo, donde por eſtos officios no era obligado a pechar por priuilegio del officio, o por coſtumbre. Quæro an his caſibus, vel quolibet illorum iſtud tēpus, quo tales perſonæ pater vel auus ratione loci exempti, vel cauſarum ſupradictarum fuerunt immunes & nō ſoluerunt tributa, computetur illis vł nepotibus pro quaſi poſſeſ. iuſta, & ſufficiente ad probationem nobilitatis, vt ex eo nepos poſsit probare plenè ſecundum formam ſupradictam & poſitam à dictis pragmaticis. probando en aquellos lugares la comun reputacion y opinion de hidalgos, vł an nocebit illi ex eo, quod non poſsit ſe iuuare ex tali tempore & poſſeſ. patris vel aui. Et videtur quod in talibꝰ locis liberis vel exemptis ſufficiat cōmunis opinio, & reputa. patris vel aui cū ex ea probetur nobilitas, vt per Bald. & doctores in l. prouidendum C. de poſtulat. & per Alex. conſi. 146 & Guido. conſi. 217. & dixi ſupra latiùs. ca. 6. 3. partis. nume. 6. facit quod nota. dicit Bald. por tex. ibi. in l. 2. C. ſi ſeru. vel liber ad Decu. aſpir. lib. 10. vbi firmat quod fama publi. & communis opinio conſtituit aliquem in quaſi poſſeſsione ingenuitatis & nobilitatis. & ita dicit. Barto. in l. prima. de dignit. quod ille eſt nobilis quem populus talem exiſtimat. idem dicit Alberi. prima part. ſtatu. quæſtio. 137 Lucas de pen. in l. mulieres colum. 3. verſiculo nono, C. de dignita. Soci. conſilio. 246. incipien. eleganter. col. ſecunda. libro. ſecundo.

Item ſicut in locis vbi ſoluuntur tributa diſtinguuntur nobiles à plebeis per non ſolutionem & per eam proba-



probatur nobilitas. ita in locis liberis debet probari per cōmunem reputationem: Y anſi la pragma. de Cordoua, dize que prueuen auer eſtado el y ſu padre y abuelo en reputaciō de hijos dalgo. Y no auer pechado. Quæ verba debēt referri ſingula ſingulis, el no auer pechado quando ay pechos y la reputacion quādo no los ay, pręterea ſi quam formam exigunt. ll. & pragma. illa eſt probatoria quam Bal. in l. 1. ff. de lib. & poſthu. appellat demonſtratiuā. cum ponat̃ ad demonſtrandam qualitatē prout in noſtro caſu demonſtratur nobilitas, ſed talis formę omiſsio non reddit actum nullum quando per aliud genus probationis cōſequitur effectus, vt per Bar. & mod. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum & in d. l. 1. facit tex. ſingul. in l. 1. C. quo. bono. vbi licet illa lex loquatur per verbum. ſi inducens conditionem & formam in probatione filiationis: tamē quādo ſubiecta materia non patitur illam admittitur alia ęquipollens de qua in l. ſi vicinis. C. de nupti. & in l. neq; profeſsio de teſta. & in c. Michael de fili. præsby. & in ita illum tex. inducit Dec. in ſimili caſu interpretādo ſtatutum quoddam requirens probationem formalem in cōſi. 11. nu. 19. ita ergo dicimus, que quando no ſe puede probar la hidalguia por el no pechar por ſer los lugares libres, baſte probar la comū reputaciō, y parece q̃ no es veriſsimil q̃ los reyes Catholicos q̃ tanto fauorecieron los hijos dalgo les impoſsibilitaſſen de de probar ſu nobleza contra reglas derecho, in l. quoniam. C. de hæreti. Imo parece que en eſte caſo quiſierō q̃ baſtaſſe la reputacion pues tambiē admitieron por probāça el ſolar y otro titu. vt dictum eſt. breuiter in hac. &c. In hac. q. crederem diſtinguendū aut is, qui litigat: vult ſumere initiū quaſi poſſeſ. aui vel patris ex his cauſis, vel ijs temporibꝰ quibꝰ vterq; vel alter vixit in locis exemptis, vel fuerūt in aliquo officio, vel dignitate, propter quod potuerunt ſe excuſare: & iſto caſu crederē, quod non ſuffragaretur illi talis poſſeſ. etiā ſi de tempore immemoriali probet talem exēptionem, vel immmunitatē cum cōi reputatione aui ex eo quia (vt ſupra dictū eſt) non videtur probatio cōcludens in qualitatibus requiſitis à iure & à dictis prag. que requieren q̃ no ayā pechado, y q̃ ayan eſtado en reputacion de hijosdalgo, y q̃ en los lugares do han biuido aya pechos.

Item quia cùm cōmunitas & Cęſaris procurator nunquā potuerūt petere tributa ab auo, vel patre ratione loci liberi, vel officij vł dignitatis, et per cōſequens fuerunt illis tēporibus impediti agere, nō potuit eis pręiudicare tēporis lapſus: nec aduerſus illos potuit pręſcriptio currere ex regula. l. fi. C. de anna. exceptio. & l. in rebus. C. de iure dot. cū hoc ſit impedimentum iuris, et iſta pōt eſſe noua ratio ad dic. prag. & ad l. ordi. q̃ ſpecialiter requirūt, q̃ ayan excuſado ſe de pechar ſolamente por ſer hijos dalgo, y no por otra razon, ni cauſa: y que en los lugares, do han biuido aya hauido pechos.

pechos. Nam ſi non ſoluebantur ibi
tributa, vel pater vel auus excuſaban-
tur ratione officij, vel ſtatuti, vel con-
ſuetudinis: nũquam potuerunt habe
re contradictionem, & per cõſequẽs,
vt dictum eſt, nõ potuerunt incipere
vſucapere, per d. l. hęc autẽ iura. & per
glo. in l. qui luminibus, iam allegata.
Facit quod dicit notanter Barto. in l.
cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit.
8 quod ſi vna ciuitas vel perſona de-
beat ſeruitia vel tributa Principi pro
tẽpore guerræ, vel neceſsitatis, quod
etiam ſi per mille annos non ſoluerit:
ſi tamen in his annis non euenit guer
ra, vel neceſsitas, nũquam poteſt præ
ſcribere, nec incipere quaſi poſsidere
exemptionem. Idem dicit idem Bar.
per tex. ibi, in l. in filijs. C. de decu. Bal
dus, & Ange. in l. ſecunda. C. de præ-
ſcriptio. triginta, vel quadraginta an-
norum Bald. & Moder. in l. imperiũ,
7. colum. ff. de iuriſ. omnium iudicũ.
& alij plures ibi relati, quod in noſtra
eadem materia deducitur per eoſdẽ:
9 Bene verum eſt, quòd ſi in talibus lo
cis eſſet aliqua differentia, qua diſtin-
guerentur nobiles ab ignobilibus, &
plebeis, vt ferè eſt in plurib[9] locis hu-
ius prouinciæ Bæticæ, vbi medietas
officiorum dantur nobilibus & alte-
ra medietas plebeis: Aſsi en regimien
tos como en varas de hermandad, o
otras diferencias y actos poſitiuos co
mo enel partido de Leon donde ſe jũ
tan los hijos dalgo a comer el horna-
zo por Paſcua Florida, y en otras par-
tes donde ay carniceria a parte para hi
dalgos: y fieldades como en ciudad
Real: y aſsientos en las yglesias como
en Xerez: y coſtumbre de lleuar las an
das de los hidalgos, otros tales: y co-
fradias y Cabildos de hijos dalgo co-
mo en Cuenca, y otras muchas diffe-
rencias introduzidas por coſtumbre,
o ordenanças antiguas, probando el
que litiga muchos y muy antiguos y
continuos actos deſtos: y alegãdo ſo-
lar por titulo, forſan ſufficeret tales a-
ctus ad obtinendum in poſſeſsione.
Ad proprietatem vero non auderem
affirmare, niſi probaretur titulus, vel
adeſſent plures & validæ circunſtan-
tię, quib[9] iuſtè moueretur iudicũ ani
mus, & iſto caſu haberent locum ra-
tiones ſupra adductæ, & etiam poſſet
ferri ſententia, por la qual les mandaſ
ſen amparar en la poſſeſsion de aque
llos actos, y no mas, cum in præſcri-
ptionibus ſit regula tantum præſcri-
ptum, quantum poſſeſſum. l. 1. §. Iu-
lianus. ff. de itiner. actuq́ priua. c. audi
tis de præſcrip. & eiſdem rationibus
& fundamentis iuridice reſponſum
eſt Cæſaris noſtri cõſultationi per v-
triuſq; chancellariæ Pintianæ & Gra-
natenſis ſenatores Año. 43. & 50. dũ
ab eiſdem cõſilium peteretur an illæ
perſonæ quę domicilium habent vel
habuerunt. in Cantabriæ locis, quib[9]
non ſoluuntur tributa, como ſon en
la prouincia de Guipuzcua. y otras
partes de Vizcaya donde ſon eſſentos
de pechos, o no los ay, alomenos no
ſe pagan por repartimiẽto, ſi las tales
perſonas probando eſta poſſeſsion,
o immunidad, podrã gozar de hidal-
guia en poſſeſsion o propriedad fue-
ra de



ra de aquella tierra: y fue reſpondido
por el acuerdo que no pudieſſen go-
zar, ſino probaſſen otros adminicu-
los, y actos poſitiuos, y calidades, en
que ſe differenciaſſen los nobles y hi-
dalgos de los villanos y pecheros. Et
hoc videtur de mente pragmat. Cor.
dubenſis licet in hoc articulo variæ et
contrariæ ſententiæ aliquando in Pin
tiana hac cancellaria ſint prolatæ. Et
hæc dico, quando iſte, qui nunc liti-
gat, vult initiare quaſi poſſeſ. patris vł
aui in talibus locis liberis et exẽptis vł
qñ habuerũt aliquod officiũ, propter
quod ex cõſuetudine, vel ſtatuto po-
terunt ſe excuſare à tributis vt dixi.

Si verò nõ vult initium ſumere, ſed
continuare, vel mediare quaſi poſſeſ-
ſio. aui vel patris, puta probat, quod
auus vel pater per aliquot annos fuit
in quaſi poſſeſ. exemptionis & nobili
tatis, & non fuit incollectatus nec ſol
uit tributa in loco, quo morabatur, in
quo ſoluebantur tributa per ignobi-
les, & plebeios: deinde idem auus, vel
pater trãſtulit domicilium ad locum
exemptum, vel aſſequutus fuit offi-
cium vel dignitatem, propter q̃ non
tenebatur ad tributa, etiam ſi nõ eſſet
nobilis. Iſto caſu crederẽ quod iſtud
medium tempus vel ſucceſſus officij
non officeret etiam ad obtinendum
in proprietate, ſi cõcurreret tempus, et
qualitates requiſitæ: illud enim initiũ
& quaſi poſſeſſ. aui bene initiata &
qualificata continuatur in eandẽ per-
ſonam, vel filium, etiã ſi mutetur do-
micilium, vel alteretur qualitas ſuæ
perſonæ: quia nõ mutatur cauſa poſſ.
vt in l. non ſolum. §. quod vulgo. cũ
alijs. ff. de vſucap. ſicut contra malum
& vitioſum initium cõtinuaretur, vt
in l. pomponi[9]. §. cũ quis. ff. de acqui.
poſſeſſ. & in l. cum hæres. ff. de diuer.
& tempora. præſcriptio. & authenti-
ca malę fidei. C. de longi tempo. præ-
ſcript. media enim tempora nõ ſolẽt
nocere. l. ſolemus. ff. de hæred. inſtitu.
& l. nũquàm. §. ſi ſeruus. ff. de vſuca.
pro empto. l. ſi is qui pro emptore. §.
eum qui. ff. de vſuca. vbi habet, quod
ſi initiata vſucapione, cũ titulo, & bo
na fide ſuperueniat furor vel amẽtia,
vel defectus tituli nihilominus conti
10 nuatur & finitur vſucapio ex primo
tit. & cauſa & per illa iura dicit Bart.
in dict. §. eum qui, quod furor ſuper-
ueniens operatur ſecundũ ſtatum in
quo ſuperuenit, vt ſi quis erat in ſtatu
gratiæ, & moriatur furioſus, ſaluetur:
ſin vero in ſtatu reatus mortalis cõdẽ
netur, facit. l. ſi fundũ. ff. de fund. do-
ta. cum his quæ argum. illius tradunt
docto. in varijs locis. Poſſeſsio enim
ſemel quęſita perdurat cũ ſua quali-
tate, vt in l. licet. C. de acqui. poſſ. In-
noc. & docto. in c. olim, el. 3. de reſtit.
ſpolia. & in c. 2. de reſtit. in integ. y co
mo aqui el hijo o nieto ſe quiere ayu
dar de la poſſeſsiõ de ſu padre, y abue
lo, o de ambos, qualitas poſſeſsionis
paternę præſumit cõtinuata in filium
& nepotẽ, vt ſingulariter voluit Bal.
in ca. 1. §. inter filiam. ſi de feu. fue. cõ-
tro. idem Bald. in capit. 1. in princ. de
conten. inter maſcu. & fœmi. vbi no
tanter dicit quod ſubſtantia & qua-
litas poſſeſsio. paternæ deriuatur in
filium

filium maximè non accedente noua
cauſa, vt in l. cum nemo. C. de acquir.
poſſeſ. y en las cauſas de hidalguia ay
mayor razon en las quales el hidalgo
poſsidet nobilitatem in ſe ipſo, vt ſin
gul. dicit Oldrald. cõſil. 172. & alibi
in hoc opere dixi. & in ea nobilitate
quodammodo poſſumus dicere que
el hijo ſea y ſucceda como ſuyo y ne
ceſſario, cùm hoc ius nobilitatis ſit
gentilitium & hæreditarium, vt ſu-
pra dictum eſt. per. l. 3. titu. 21. partit.
2. Imo poteſt dici, quod in his cauſis
poſsit ſaluari glo. alias, reproba. in l. in
ſuis. ff. de lib. & poſthum. vbi voluit
quod poſſeſ. trãſeat ipſo iure in filiũ:
promiſcua enim eſt poſſeſsio patris
& filij. vt eleganter dicit Bald. in l. ſi
eius. C. de leg. hæred. Item hæc pars
huius diſtinctionis probatur, alia iu-
ris conſideratione, ſcilicet, quia poſſeſ
ſio vel ius ſemel cauſatum vel initia-
tum non debet perdi propter impedi
mentum rei in qua exercenda erat. vt
in priuilegio dicit glo. ſing. quam ibi
commen. Ant. Abb. in c. Abbate ſan-
cti Siluani. de verbo. ſign. quia quis
non poteſt vti iure vel priuilegio, vt
eſt ſing. tex. in l. Atilicinus. ff. de ſerui.
ruſtic. prædio. Barto. in l. 1. per tex. ibi
ff. de itine. actuq; priua. in. §. hoc inter
dictũ. Sicut enim exſiccatò fonte nõ
perditur ſeruit⁹ nec poſſeſ. ita nec per
di debet ex eo quod in loco vbi vixe
runt pater vel auus ceſſaſſent, vel non
eſſent tributa. facit. l. filijs & quod ibi
Barto. & Plat. C. de decu. libr. 10. ad
continuandam namq; & retinendã
poſſeſsionem non requiritur preci-
ſus vſus, ſed aptitudo & potentia:
vt notanter dicit Barto. in l. arborib⁹.
§. nam & ſi agrum. ff. de vſufruct. vbi
dicit quod per erectionem furcarum
retinetur quaſi poſſeſsio licet nõ eue-
niat caſus quo aliquis ſuſpendatur.
Item ex quo iam quaſi poſſeſsio no-
bilitatis per non ſolutionem tributo-
rum fuit initiata in patre vel auo in lo
co vbi ſoluebant tributa immutatio,
loci vel tributorum quantum ad fi-
lios vel nepotes non interrumpit præ
ſcriptionem, ſi en los lugares donde
el hijo y nieto an biuido, an eſtado en
reputacion de hijos dalgo continuan
do la poſſeſsion de ſu padre, o abue-
lo. vt vidimus in præſcriptiõe inchoa
ta contra maiorem, cui ſucceſsit mi-
nor vel eccleſia, nam hæc ſuccedit cõ
tra eos, licet non poſsit inchoari: vt in
l. prima. C. ſi aduer. vſucap. & in l. fi.
in quibus cau. reſti. non eſt neceſſaria,
& in l. Aemilius largianus. ff. de min.
Sic etiam videmus in re dotali, vt in
l. fundus. ff. de fund. dota. quæ eſt ſin
gu. itaq; cõcludo quod inchoata qua
ſi poſſeſsio ab auo vel patre in loco
non libero per non ſolutionem tribu
torum cõtinuabitur in filium. vel ne-
potem habitãtes in locis liberis ita, de
mum ſi de ſua perſona probent com
munem famam & opinionem nobi-
litatis: ſcilicet, auer eſtado reputados
comunmente por hijos dalgo.

11 Vnum tamen eſt notãdum, quod
licet ad probandam proprietatẽ exe-
ptionis vel nobilitatis requiratur pro
batiõ temporis immemorialis cũ qua
litatib⁹ ſupradictis, hoc procedit quã
do agi-



ctum eſt, quod ius pro nobilitate cõ-
petens actiuè & paſsiuè eſt mere per-
ſonale. &c. Quia reſpondeo, vt ſupra
reſpondi in ſecunda parte principali
in principio, ſcilicet, quod imo ius, &
obligatio eſt mixta: cauſatur enim à
perſona propter res. vt ibi latè dictum
eſt. Imo ſi eſſet mere perſonale com-
peterent remedia poſſ. ſecundum cõ-
munem opinionem Cano. de qua, ſu
pra dixi, & magiſtraliter, & valde ſub
tiliter poſuit Bald. in l. non ignorat.
ſecunda & tertia columna. C. de his
qui accuſa. non poſſ. vbi affirmat, &
mire oſtẽdit & probat in iuribus per-
ſonarum cadere, & dari quaſi poſſ. &
remedia poſſ. & ponit exempla in iu-
re ſubiectionis homagij, & vaſſalla-
gij filiationis, & fraternitatis militiæ,
& clericatus, & alijs. & adducit ratio-
nes efficaces & ſubtiles: & eſt omni-
no videndus. Nec magis obeſt, quod
dixi, nullum ex tribus interdictis, vel
remedijs poſſ. poſſe in his cauſis com
petere: quia imo poſſunt competere
& adaptari duo ex tribus, ſcilicet, re-
medium retinendę, vti poſſ. & recupe
randæ diuerſis reſpectibus: nam eo
ipſo, que el que litiga mueſtra por te-
ſtimonio de la prenda, que le han em-
padronado y ſacado prenda: & præ-
tendit ſe ante per tempus à lege & pra
gmatica requiſitũ fuiſſe in quaſi poſſ.
nobilitatis, & immunitatis, videtur
ſpoliatus, & per conſequens compe-
tit illi hoc remedium. Et quando dici
tur quod pro poſſeſsione cui reſiſtit
& contradicit ius commune, non da
tur remedium poſſ. vt in d. cap. ad de
cimas. Reſpondeo, quòd ius commu
ne & regium ſimpliciter & abſolutè
bene verum eſt, quòd contradicunt
poſſeſsioni cuiuſlibet prætendentis
immunitatem & exemptionem, quã
do poſſeſsio ſtat in mero facto poſſ.
ſed quando iuſtificatur ex tẽpore. 20.
annorum, vt hic, & prætenditur titu-
lus. ſ. ſolar, iſto caſu non eſt propriè
contra ius commune, cùm per leges
ordinamenti, & per eandem pragma
ticam talis poſſeſsio. 20. annorum cũ
qualitatibus requiſitis admittatur, &
defendatur, & interim durante lite ſu
per probatione huius temporis ſem-
per teneatur litigans recognoſcere &
ſoluere tributa per dictam pragmati-
cam, & legem Regis Henrrici. Itaque
non excuſatur à ſolutione, nec gaudet
poſſeſ. vſquequo probauerit de ſe &
patre & auo per. 20. annos cõtinuos,
& habuerit ſententiam in rem iudica
tam, qua manu teneatur in tali poſſeſ.
vel reſtituantur ſibi pignora, quibus
ſpoliatus nunc apparet, licet tempore
quo ſibi fuerunt capta, & durãte lite,
iure ſuo & ſine ſpoliatione, vel iniu-
ria principes vel eius collectores cape
re potuerunt, quia habebat fundatam
intentionem, à iure communi: ſicut
enim in alijs cauſis, qui probat poſſeſ
ſionem, & ſpoliationem, recte præ-
tendit remedium recuperandæ & ob
tinet: ſic in his cauſis, qui probat poſ-
ſeſsionem, vel quaſi. poſſeſ. ſuam &
patris & aui per viginti annos cum
alijs qualitatibus, & in ſimul docet
de ſpoliatione per capturam pigno-
ris, de qua oſtendit teſtimonium iu-

ſte & rectè defenditur, & reſtituitur.
Et eadem conſideratione habita po
teſt illi competere remedium retinen-
dæ vti poſside. cum aſſerat ſe quaſi
poſſediſſe. Nec obeſt, quod eo ipſo, q̃
le prendaron, perdio la poſſeſsion: y
fue deſpoſado, y competiendole el re
medio recuperandę no puede compe
terle el retinendæ: cum ſint incom-
patibilia: quia hoc eſt verum quando
conſiderantur vno eodem reſpectu,
ſecus quando diuerſis. vt in dicto. §.
nihil commune: vbi eſt caſus ſecun-
dum communem intellectum: quia
licet per capturam pignoris ſit priua-
tus poſſ. naturali, retinuit tamen, vel
potuit retinere ciuilem animo, cuius
reſpectu poteſt intentare vti poſsid. et
reſpectu naturalis remedium recupe-
randæ. vt in dicto. §. nihil commune.
10 & ſic diuerſis reſpectibus poſſunt ab
iſto particulari intentari iſta duo reme
dia: en eſtas cauſas de hidalguia, el re-
cuperandæ: para que le bueluan las
prendas y pechos lleuados, el retinen-
dæ: para que le amparen adelante, y
no le turben y moleſten en ſu poſſeſ-
ſion. Et in hoc non videtur aliqua cō-
tradictio, nec repugnantia: imo eſt ſe-
cundum doctrinam Bart. in lege. 1. §.
interdictum. & in l. ſiquis. 1. col. ff. vti
poſsid.
Maximè quia per capturam pigno-
ris nō amittit poſſeſsio. ciuilem is qui
pignoratur quando non acquieſcit ca
pturæ, ſed reclamat & proteſtatur ſe
proſequuturū ius ſuum, y lo pide por
teſtimonio, vt faciunt omnes qui præ
tendūt nobilitatem: quia licet in natu
rali poſſeſsione perturbētur per ciuilē
quā animo retinēt, cōſeruāt quaſi poſ
ſionem vt eſt glo. ſing. in l. vim facit.
ff. de vi. & vi. arma. & ibi docto. me-
lior in l. qui poſſeſsionem. vbi bonus
tex. eo. tit. facit tex. in l. clam poſsidere.
§. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ. &
ibi doct. talis enim pignoris captura
quæ fit reclamante parte, non priuat
illum quaſi poſſeſsione. Bal. in l. 1. de
his qui ſpō. mune. ſube. lib. 12. Abb.
& doct. in d. c. cum acceſsiſſent de cō
ſti. & ibi Feli. nu. 3. Modern. in c. ſolici
tudinem de appell. Hinc eſt quòd in
iſta materia etiam ſi millies capiantur
pignora litiganti, vel prætendenti liti
gare, nō interrumpitur eius poſſeſsio
nec præſcriptio niſi quando expreſſè
vel tacite acquieſcit pignoris capturæ.
In negatiuis enim prohibitio ſequuta
patientia priuat poſſeſsione. vt in alle
ga. l. qui luminibus. & in. §. æquè ſi a-
gat. & in. §. qui ad nundinas. parte ve-
ro reclamante & contradicente non
quia qui captis pignoribus aliquid fa
cit, non dicitur cōſentire, ſed compel
li. vt in. §. ſciēdum. inſti. de ſatiſ. tuto.
et in l. 1. §. ex hoc ſcripto. ff. de vē. inſp.
& per hanc pignoris capturam violē-
ter factam non generatur præiudiciū
ei qui reclamat. vt in l. 1. & per totum
C. de his qui ſpo. mu. ſub. y claramen
te lo quiere la pragmatica de Leon. ibi
ſaluo ſino fuere por fuerça: o premia,
queles auedes fecho: quaſi poſſeſsio
enim in iuribus incorporalibus non
perditur ex facto cōtrario, ſi cōſtat de
animo conſeruandi eā vt per Inno. in
c. 2. de reſt. in inte. & ibi doct. & per
eundem



eundem in c. olim el. 3. de reſt. ſpoli.
quem ſequitur Flori. in l. ſeruitutes la
2. 2. col. ff. de ſerui. vbi notabiliter di-
cit quòd incorporalia tenacius adhæ-
rent & per hoc difficilius perduntur,
& facilius retinentur. Maximè in hoc
iure nobilitatis quod vnuſquiſq; poſ
ſidet in ſe ipſo ſicut ius libertatis, vt in
rubro & nigro. C. de pręſcrip. quæ
prolibe. & in l. poſsideri. §. ſi ſeruus.
ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. liberis.
§. finali. in l. igitur. §. primo. ff. de lib.
cau. per qu ęiura hoc tenet in terminis
Oldal. conſi. 172. col. 2. & in expreſſo
videtur tex. in l. 7. in fi. tit. 2. lib. 4. ordi.
ibi, aunq̃ alguna vez fueſſe prendado
por fuerça & nota. Bal. in cap. 1. quæ
ſint rega. in 2. col.
11 Nec etiam obeſt, quod non poſsi-
deat realiter tēpore litis conteſt. quod
videtur neceſſariū in hoc interdicto.
vt in d. §. hodie, & ſupra dixi: quia ſa-
tis eſt ante poſſediſſe, vel oſtendere ti-
tulum vel poſſeſsionem anteceſſoris
ſecūdum Theoricam illam valde ſin-
gularem Ioannis Fabri. in d. §. retinen
dæ. vbi dicit, quod quando aliquis ni
titur titulo, vel poſſeſsione anteceſſo-
ris, etiam ſi non poſsideat tempore li-
tis conteſtatę, datur ei interdictum vti
poſsidetis, & ita quotidie practicatur,
quando petitur aliquod interim, per
hoc interdictum vti poſside. Quo ca-
ſu ſi probatur poſſeſsio anteceſſoris,
vel ipſius ante litem conteſt. etiam ſi
tēpore ipſo litis conteſtatæ non poſsi-
deat, obtinet in hoc interdicto, & iſta
practica eſt ſecundum merum ius cō
mune ex doctrina tex. Abb. & doct.
in c. cum veniſſent de inſtitu. vbi vide
tur text. expreſſus. & ad idē facit. l. igi-
tur. §. poteſt, & l. liberis. §. fin. de libe.
cau. ff. & videri meo eſt tex. in c. cum
eccleſia ſutrina. de cau. poſſ. & propri.
ibi dum dicit in quaſi poſſ. quā ante
controuerſiam. & in d. §. poteſt ibi dū
dicit, tēpore quo in iudicium itum eſt
& in d. §. fi. ibi tempore quo lis præpa
rabatur. & ſecundum iſtam doctrinā
intelligitur & practicatur regula tex.
in d. §. hodie: & nō videtur abſque ra-
tione. nam ſi ipſo tēpore litis conteſt.
poſsideret quis, non eſſet illi opus age
re de poſſ. ergo licet in noſtro caſu nō
poſsideat particularis tēpore litis cōte
ſtatæ: porque le han ſacado prenda: ni-
hilominus ex poſſ. præcedente poteſt
intentare remedium hoc retinendę, et
ex poſſ. patris, & aui, quod maximè
in his cauſis admittēdum eſt vbi ipſe
princeps, et eius collectores incipiunt
ab executione, ſacando las prēdas por
los pechos, quod poteſt iure fieri; quia
cauſa tributorum habet executionem
paratam in fauorem principis: vt eſt
textus ſingularis in l. miſsi opinato-
res. C de exactio. tribu. lib. 10. quem
commendat Bald. & Sali. in l. prima.
C. de condi. ex lege. melior text. in au-
then. de mand. princi. §. coges. Et ho
die eſt optimus tex. in l. 18. tit. 4. lib. 4.
ordi. vbi facta ſummaria informatio-
ne proceditur executiuè in his cauſis.
Imo in exactionibus tributorum po-
teſt de facto procedi ſecūdū Bal. in l.
1. quarta colum. C. de hæred. actio. in
carcerando perſonas ſecundum Ba-
cha. Rode. Xuarez in l. poſt rem. §. ad-

das alium caſum.ff.de re iudicata.vbi proſequitur & limitat.fol.124.

12 Vel huic difficultati poſſet aliter, & nouiter reſpõderi, quod licet propriè non competat remedium vti poſsid. retinendę: poteſt tamen competere interdictum conſeruandæ: de quo tractãt modern.in d. §. nihil commune, maximè Coraſi.vbi ſupra, quod quidem interdictum nõ requirit tam exacte poſſeſsionem tempore litis cõteſt. vt per doct.vbi ſupra.

Nec obſtat, quod non ſit in iure inuenire interdictum negatiuum, vt ſupra dixi, quia fateor nõ inueniri remedium poſſeſſorium negatorium ſimile huic de quo loquimur; que es el q̃ el hidalgo intenta. Inuenitur tamẽ aliqua eius imago: nã quando alicui perſonæ ex aliquo facto immutatur, & deterioratur ipſius ſtatus, ſeu cõditio poteſt agere poſſeſ. remedi, vt reſtituatur in ſuo integro ſtatu, & manuteneatur in eo: vt dicit in ſimili gloſ. ſingularis in capitulo nullus ſecunda quæſtione ſecũda, quam ſumme cõmendat Abb.in c. querelã de electio. in pe.col.vbi dicit quod excommunicatus, qui priuatur communione fideliũ, poteſt agere remedio poſſ. vt eius ſtatus reſtituatur, & non priuetur ſua quaſi poſſ.facit text.in cap.fi. de reſti. ſpolia. vbi agitur poſſeſ. pro libertate poſsidẽdi & propter immutationem ſtatus: ita in propoſito poteſt dici, que el que es empadronado y moleſtado ſobre el eſtado de ſu hidalguia recibe detrimento en ſu eſtado y por conſiguiente pueda intentar eſte remedio poſſeſ.vt non priuetur eo, nec moleſtetur.

Item vaſallus poteſt pro iure ſubiectionis, quam negat, agere poſſeſ. vt per Bartolum in l. litibus ſupra allega.& per gloſ. & Docto.in dicto capitulo querelam, & in cap.peruenit de cenſibus: ergo eodem iure poterit ſubditus agere de exemptione, & immunitate tributorum: quia ius vaſſalagij conſiſtit in recognitione cum aliqua præſtatione vel ſeruitio facienda, quod idem tenetur præſtare Principi qualquiera que es pechero, vt ſupra dictum eſt.

13 Item cum hoc ius immunitatis, & exemptionis poſsit præſcribi contra Principem tempore immemoriali, vt dictum eſt: tam de iure cõmuni, quã per dictam pragmaticam, neceſſario dicendum eſt, quod eſt poſsidẽdum cum ſine poſſ. non currat aliqua præſcriptio. vt in regula ſine poſſeſsione de reg.iur.in.6. & in l.ſine poſſ. ff. de vſucap. ſi ergo poſsideri poteſt: ergo per conſequẽs pro illo competere poterunt remedia poſſeſ. niſi dicatur cũ Bart.in l.ſequitur.§.ſi viam, de vſuca. quòd in his iuribus incorporalibus procedat præſcriptio ſine poſſ. & bona fide: quod tamen magis cõmuniter reprobatur ibi per docto.& in dicta lege ſine poſſeſsione. & latiſsimè per Felin.in capitulo fina. prima & ſecunda colum.de præſcriptio. vbi plura refert.

Nec etiam obſtat id, quod dictum eſt, ſcilicet, videri impoſsibile pro mera negatione & ſubtractione compe-





tere remedium poſſ.cum negantis factum nulla ſit probatio, nec conſideratio de iure & de natura: quia reſpondeo, quod licet ſuperficialiter videatur, quòd iſte particularis agat de mera priuatione & ſimplici negatione, virtualiter tamen & eſſentialiter agit affirmatiuè, & pro iure poſitiuo: quia licet in effectu & executione ſuæ intẽtionis prætendat ſe non teneri ad ſoluenda tributa, & velit docere de ſua quaſi.poſſ.tamen virtualiter & eſſentialiter prætendit ſe declarari nobilem & eſſe in quaſi poſſeſ.nobilitatis, quæ nobilitas eſt ius mere affirmatiuum conſiderabile, & probabile, & in huius iuris conſequentiam dicit ſe non teneri ad ſolutionem tributorum. Itá loquendo in iure negatiuo probãdo & conſiderando dicunt Doct. in d.l. actor & in dicta. l. inter ſtipulantem. & in dicto capitulo bonæ: quorũ doctrinã ego in iſto propoſito applico: & ſi ea reſponſio non plenè ſatisfaciat poteſt aliter & ſecundo reſponderi, quod imo eſt dare remediũ poſſeſ. negatiuũ: puta ſi aliquis prætẽdat ſe eſſe in quaſi poſſ.nõ ſoluendi decimas ex conſuetudine, vel titulo, vel ſi virtute alicuius priuilegij prætendat quis in noſtra materia non teneri ad tributa. vt in caſu cap. cum perſonæ de priui. in ſexto. Quo caſu certum eſt quod etiam ſi agatur de viribus priuilegij interim tuendus eſt in poſſeſ. vel quaſi poſſ.is, qui nititur ex eo: vt in dicto. c. cum perſonæ. Item ſicut ex non actibus cauſari poteſt conſuetudo & ius in proprietate vt nota. ponit Bal. in l. de quibus.16.col.verſi.modo quero. ff.de legi. & refert & ſequitur Guid. Papæ conſi.65.nu.14. ita imo facilius poteſt cauſari ius in poſſeſsione, ſcilicet, vt quis ex eo quod non ſoluit tributa per aliquot annos conſtituatur in quaſi poſſeſ.immunitatis. Poteſt enim quis allegare ſe non teneri ad tributa, ex eo quod non conſueuit ea ſoluere vt in l. negotiatores. C. de excuſ.mun.lib.10. & in l.cum ſæpe. C. de eroga.mili.ann.lib.11. & in l.miſſi opinatores. C.de exacto.trib.lib.10. & Guido vbi ſupra. Ita in propoſito cum particularis, qui contendit de nobilitate, prætendat titulum, vel poſſ. tẽporis immemorialis, qui habet vim tituli, & priuilegij: nimirum ſi ex tali prætenſione competat ei remedium poſſ. poſtquam quale qualiter docuerit de iure ſuo, hoc eſt, per. 20.annos, quibus ipſe pater, & auus extiterunt in quaſi poſſ.nobilitatis, & exemptionis.no pechando, ni contribuyendo. &c. Et ex his videtur poſſe ſatisfieri difficultatibus ſupra tactis.

*S V M M A R I V M*
*ex capite ſequenti.*

1 *An diſputatio pragmaticæ Corduben. requirens tempus. 20.annorum ad obtinendum in poſſeſsione immunitatis procedat ſecundum ius commune vel præter, vel contra?*

2 *Multiplici conſideratione oſtenditur diſpoſitionem dictæ pragmaticæ procedere ex mẽte iuris cõmunis.*

3 *Quanto tempore ſeruus præſcribat quaſi poſſ. libertatis, & ipſam libertatem.*

4 *Referũtur & exponuntur verba.l.5.tit.14. part.3.& l.27.tit.14.par.7.*

5 *In cauſa liberali ſtatus cui incumbat onus pro bandi & quis debeat manu teneri in poſſeſſione lite pendente.*
6 *In iuribus incorporalibus ex qualitate materiæ quæritur quaſi poſſeſsio per plures, vel paucos actus & per multum, vel modicum tempus,*
7 *An requiratur bona fides ad præſcriptionem poſſeßionis in cauſis immunitatis?*
8 *A ſententia poſſeßionis in his nobilitatis cauſis admittitur appellatio,*

## Quo iure procedat diſpoſitio pragmaticæ in quãtum requirit immunitatẽ, xx. annorũ ad pręſcriptionem, vel manutentionem quaſi poſſeſ. & de multiplici acquiſitione poſſeſsionis in iuribus incorporalibus.

### C A P. I I.

SED reſtat adhuc inueſtigare, dato quod pro his iuribus immunitatis ſuę nobilitatis poſsint de iure competere remedia poſſeſ. vt per pragmaticas diſpoſitum eſt: qua ratione vel quo iuris fundamento procedat iſta pragmatica inquantum diſponit quod per. 20. annos præſcribatur cõtra Principem poſſeſsio exemptionis & immunitatis, & certè videtur quod hoc ſit ius nouum & mere poſitiuũ voluntate principis inductum & ideo excuſabile à ratiõe, vt dicit gl. vulgata in. l. prima. §. pueritiam. ff. de poſtul. & ita audiui ab aliquibus viris in iure noſtro nõ mediocriter eruditis, & in praxi diu verſatis. Et quod magis admirandum videtur, quod cum per præſcriptionem temporis acquiratur dominium directum, vel vtile ſecundum diſtinctionem gloſ. & Doct. in authentica niſi tricẽnale. C. de bon. mater. & non ſit in iure dare præſcriptionem: per quam quæratur poſſeſ. in his tamen cauſis damus præſcriptionem ad ſolius poſſeſ. acquiſitionem; vt eſt iſta viginti annorum, de qua agimus, quod videtur extra omnes regulas iuris & philoſophiæ, quia in cæteris cauſis et negotijs diuerſa eſt cauſa ab effectu: in his vero vna eadem res eſt cauſa; & effectus ſui ipſius: volo clari⁹ dicere, quod in alijs præſcriptionibus poſſeſsio eſt cauſa præſcriptionis dominij vtilis, vel directi, vt patet, ſed in his ipſa poſſeſsio, vel quaſi poſſeſsio. 20. annorum eſt cauſa acquirendæ poſſeſsionis: vel ius in poſſeſsione & cauſa præſcribendi ipſam poſſ. & ſic datur præſcriptio poſſ. cauſata ab ipſa poſſ. itaque cauſa & effectus ſunt idem, ſcilicet, poſſeſ-
1 ſio. Maximè, quia cum agitur de poſſ. quaſi poſſeſsio etiamſi quodammodo ſit cõtra ius commune, ſufficit, vt poſſeſſor defendatur in ſua quaſi poſſeſ. vt ſingulariter tenet Paul. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. vendi. & infra latius dicam.
2 Sed ſuſtinendo ſemper, quod diſpoſitio iſtius pragmaticæ non exhorbitet à regulis iuris communis, cõſide-





rabam huic nouæ, & ſubtili difficultati poſſe reſponderi, quod quemadmodum quaſi poſſeſsio libertatis acquiritur per ſeruum, ſi per longũ tẽpus ſe gerat pro libero, hoc eſt per decem, vel. 20. annos, ſecundum tradita per docto. in l. 1. §. per ſeruum qui in fuga. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. tertia. §. ſi ſeruus. eodem titulo & in l. 1. & ſecunda. C. de pręſcrip. longi temporis, quæ pro libertate compe. & in l. liberis. §. fin. & in. l. ſi cui. §. licet. ff. de liber. cau. ita quaſi poſſeſsio immunitatis & exemptionis ab onere tributorum & collectarum acquirit per. 20. annos, ſi per tãtum temporis quis geſſerit ſe: por hijo dalgo, & docuerit idem de patre & auo ſecũdum iſtam pragma. & ſi dicatur, quod ſecundũ iſtud ſimile de ſeruo deberent ſufficere decem anni inter præſentes & . 20. inter abſentes & non. 20. præciſe: Reſpõdeo, quod cum hic agatur de præſcribendo contra Principem, & omnes eius ciuitates, & oppida ſemper et indiſtinctè ſunt neceſſarij. 20. anni cũ agatur contra abſentes: facit bene tex. in l. 1. & 2. C. de præſcrip. quæ pro liberta. compet. vbi fere idem dicitur, quod ſupra dictum eſt. Nec adhuc obſtabit, ſi aliquis pertinaciter inſiſtat dicendo, quod ſumpta ſimilitudine à præſcriptione libertatis, quam facit ſeruus, dicẽdum eſſet, quod per iſtos 20. annos debet pręſcribi nedum quaſi poſſeſsio ipſius immunitatis, verũ ipſa immunitas: nam per tantum tẽpus ſeruus, qui bona fide moratus eſt in quaſi poſſeſsione libertatis, præſcribit libertatem, vt in dicta l. prima, & ſecunda. C. de præſcript. quæ pro liber. quia reſpondeo, quod is, qui gerit ſe pro libero, habet ius commune & naturale pro ſe: quo mediante omnes liberi naſci præſumuntur, vt in l. manumiſsiones vbi Paul. & docto. ff. de iuſtitia & iure, & in. §. libertas in
cularis doceat de poſſ. debet ſuccum-
bere, cum ex parte Principis ſit funda-
ta intentio in proprietate. Cuius cau-
ſa abſorbet cauſam poſſeſ. vt in dict.
cap. cum eccleſia ſutrina. vbi etiam ſi
clerici probauerunt ſufficienter ſuam
quaſi poſſeſ. ſcilicet ſe interfuiſſe ele-
ctionibus trium Epiſcoporũ, & per
hoc potuerunt obtinere in poſſ. quia
tamen per ſtatuta Canonica, & ius cõ
mune cõſtabat ius eligẽdi Epiſcopũ,
2 ad ſolos Canonicos ſpectare, & hoc
erat ius proprietatis deductum ex par
te reorum, quod natura ſua abſorbet
cauſam poſſ. lata fuit ſentẽtia per quã
ipſi Canonici fuerũt abſoluti, & ipſis
clericis fuit impoſitum perpetuum ſi
lentium. Subdit text. rationem in de-
ciſione: quia cũ regula ſit, quod actó-
re non probante reus (& ſi nihil præ-
ſtiterit) ſit abſoluendus, & ipſi clerici
non probauerint in proprietate, ipſi
Canonici etiam nihil probando fue-
runt abſoluendi ex eo ſolo, quod per
ſtatuta Canonica, & ius commune ha
bebant fundatam intentionem quan
tum ad ius proprietatis in electione.
Sic videtur eodem iure & ratione di-
cendum, quod cum ex parte Princi-
pis ſit fundata intentio per leges, &
pragmaticas, & per ius cõmune: quan
tum ad ius proprietatis in tributis &
contributionibus, quod ius ex parte
ſua per Fiſcalem eſt in iudicium dedu
ctum: & ex natura ſua abſorbeat cau-
ſam poſſ. quod ipſe Fiſcus & cõmu-
nitates ſint abſoluendæ eo ipſo, quod
ex parte particularis non probatur pe
titorium per titulum ſufficiẽtem, vel
pręſcriptionem immemorialem. Nec
excluditur iſta ratio, ſi aliquis dicat
quod eo ipſo, quod per particularem
ſuſpẽditur ſemper petitorium, & pro
ſequitur poſſ. poteſt ſententia ferri in
poſſ. Sed in dict. cap. cum eccleſia ex
parte clericorum non fuit ſuſpenſum
ius petitorij, ſed vtrumque ſimul &
poſſ. & proprietatis eſt deductũ: ideo
nimirum ſi petitorium abſorbeat poſ
ſeſſorium: quia ille textus non fundat
deciſionem ſuam in hoc: ſed ſolum
in eo, quod clerici non probauerunt
in proprietate, & quod ex parte Cano
nicorum erat fundatũ ius in ea, quod
abſorbet cauſam poſſ. Certè non vide
tur parua difficultas ſtando in termi-
nis iuris communis, & ego neſcirem
reſpondere niſi alterum de tribus. Pri
3 mum, quod diſpoſitio illius cap. non
habeat locum in noſtra materia, ex eo
quod in his cauſis nobilitatis per ipſas
leges & pragmaticas determinatum
eſt tempus certum, cum qualitatibus
certis, per quod probando quaſi poſſ.
ſeu immunitatem præſcribatur con-
tra Principem ius illud quaſi poſſ. &
in eo defendatur et manu teneatur par

ticularis:non obſtante, quod per eaſ-
dem leges & pragmaticas, & ius com
mune ipſe Princeps habeat fundatũ
ius in proprietate, quia ipſe princeps
vult iſto caſu particularem præferri ſi-
bi in poſſ. & iſta reſponſio poteſt ad-
iuuari ex vna clauſula illius tex. in qua
dicitur, quod illi clerici licet probauiſ
ſent quaſi poſſ. per hoc, quod tribus
electiõibus proximis interueniſſent:
non tamen ex eo propter breuitatem
temporis ius aliquod præſcriptionis
acquiſierunt: at in noſtro caſu per qua
ſi poſſeſ. 20. annorum trium perſona-
rum, acquiritur ius poſſeſſ. nimi-
rum, ſi ſententia poſsit in eo fundari
non obſtante, quod ius proprietatis
ſimpliciter & abſolutè ſit fundatum
ex parte principis: nã ipſe ex certa ſcien
tia & diſpoſitione defert iſto caſu iuri
poſſ. & patitur & tolerat, quod non
abſorbeatur à iure proprietatis præ-
ſumpto, & fundato per ius commu-
ne & leges, & pragmaticas. Itaque ſit
hoc ius mere poſitiuum, & nouum,
vel aliter & ſecundo, quod diſpoſitio
d. c. habeat locum, præterquam quan
do ex parte prætendentis, & proban-
tis poſſ. prætenditur aliquis titulus, nã
iſto caſu licèt plenè non conſtet de ti-
tulo, nec de eius qualitate, etiã ſi poſſ.
ſit contra ius commune, iudex poteſt
pronuntiare in poſſ. reſeruato petito.
vt eſt textus ſingularis & fortè vnicus
ſecundum Abb. ibi num. 8. in c. cum
veniſſent de inſtit. & ibi Ant. & Ioan.
de Imol. multum commendat & Ale
xand. conſil. 219. in ſexto volumine
conſi. qui bene loquitur. Idem notat
Philippus Franc. ſummè commen-
dando. in ca. cum perſonæ, de priuile
giꝭs in 6. vbi etiam videtur caſus, &
iſta eſt vna ſingularis euaſio, quæ attẽ
to iure communi poteſt dari per di-
ctum textum in dict. cap. cum veniſ-
ſent: de quo infra latius dicemus. Su-
perior vero eſt ſcrupuloſa, dum in ea
fatemur hoc ius eſſe mere peculiare
poſitiuum & nouũ in his cauſis. Vel
aliter & tertio poteſt dici, quod in d.
c. cum eccleſia, illi clerici intentarunt
ſimul peti. & poſſ. & nunquã ſuſpen
derunt petito. quo caſu, cum non pro
bauerunt in eo, nimirum ſi ſuccum-
bant conſtando de iure proprietatis
ex parte Canonicorum: in noſtra ve-
ro materia (vt dictum eſt) ſemper ſu-
ſpẽditur vt patet, & licet ex parte prin
cipis per viam exceptionis deducatur
ius petitoriꝭ, in quo habet fundatam
intentionem, tamen quia particularis
fuit actor, & qui prouocauit, tantum
conſideratur ius poſſ. ex parte ſua de-
ductum, quod proſequitur ſuſpenſo
peti. & non conſideratur ius petito.
de quo excipitur per Fiſcalem. quia re
gula iuris eſt, quod iudicium ex par-
4 te actoris & ex eius petitione metitur.
vt in l. prima. §. primo. ff. ſi pars hære-
di. & in l. ſi pœnę cauſa. §. primo. ff. de
condi. in de. & in l. res alienas. C. de rei
5 vendi. Eſt etiam circa iſtam partem
examinandus articulus in facto fre-
quens, & quotidianus, qui licet pri-
ma facie videatur facilis, apud me ta-
men difficilem habet ſententiam, &
eſt maximæ importantiæ, & Cæſaris
noſtri patrimonio, & communitati-





bus valde præiudicialis. Is ſcilicet, an
lata ſententia in iudicio poſſeſſorio in
fauorem fiſci, & cõmunitatis particu-
laris, qui ſuccubuit in iudicio poſſeſ-
ſorio, poſsit redire ad iudicium pro-
prietatis, et obtinere in eo. Circa quod
duo videntur examinanda. Primum,
an detur regreſſus particulari ad iudi-
cium petitorium. Secũdum an poſsit
in eo obtinere. Et quo ad primum vi
detur facile reſpondẽdum, quòd poſ-
ſit ſine dubio mouere iudicium pro-
prietatis etiam ſi in poſſ. ſuccubuerit,
cùm nihil habeat commune cauſa poſ
ſeſ. cum proprieta. vt in vulga. §. nihil
commune. Qua ratione ſicut non de
negatur interdictum, vti poſsidetis
ei, qui cepit rem vendicare, vt ibi dici-
tur, ita non denegatur rei vendicatio
ei qui egit poſſeſſorio, vt ſingu. dicit
text. in l. & an eandem. §. fina. ff. de ex-
cept. rei. iud. vbi interminis videtur ca
ſus huius quæſtionis. Dicit enim ibi
textus quod is qui ſuccubuit in poſ-
ſeſſorio non prohibetur mouere pe-
titorium, nec excluditur ex actione
rei iudicatæ: quia abſolutoria lata in
poſſeſſorio nõ obſtat agẽti petitorio,
vt ibi dicitur, & latè tenet Barto. &
proſequuntur docto. in dict. §. nihil
commune maximè Iaſ. nume. 52. &
docto. in l. ordinariꝭ. C. de rei vendic.
& in l. incerti de interdi. Paul. & do-
cto. in l. ſi de vi. ff. de iudic. Cano. in
capit. cùm eccleſia de cauſ. poſſeſſ. &
prop. cum ergo diſtincta ſit, & pror-
ſus ſeparata cauſa poſſeſſ. & propri.
indubitabilis videtur articulus hic, de
quo agimus, & indubitanter videtur
dicendum particularem, qui ſuccu-
buit in poſſeſſo. poſſe intentare inter-
dictum propric. maximè in his nobi-
litatis cauſis, in quibus communiter,
& fere ſemper ſuſpenditur in ipſo
libello proprietatis cauſa, & ſolum
proſequitur poſſeſſorium, vt eſt notiſ
ſimum. Quo caſu nulla prorſus vide-
tur dubitatio, cum actor ex cuius per
ſona metitur iudicium vt in l. prima.
§. fina. ff. ſi pars hæredi. peta. ſolum
proſequutus ſit poſſeſſ. ſuſpenſo peti-
torio. Quare de poſſeſsione dumta-
xat potuit & debuit iudex pronun-
ciare, vt in l. de qua re. ff. de iudi. cum
aliꝭs. alias non eſſet ſententia confor-
mis libello contra iuris vulgata prin-
cipia, & per conſequens cauſa pro-
prietatis, de qua iudex non cognouit,
poteſt finito poſſeſſorio iudicio per
tractari. Eo præcipuè quia, & ſi iu-
ris diſpoſitio ceſſaret, ad plurimum
tamen in fine ſententiæ, quæ profer-
tur in poſſeſſ. reſeruatur partibus ius
ad proprietatem, ex qua iudicum re-
ſeruatione clarius ipſa iuris diſpoſitio
declaratur, & vbi illa ceſſaret, ipſa
iudicum reſeruatio ſufficiens eſſet, ſe-
cundum tradita per doctores maxi-
mè per Iaſ. in l. ſi quis legauerit. ff. de
leg. primo.

Hæ ſunt adeò clarę, fortes, & notæ
iuris rationes, vt ſuperfluum ſit alias
in hanc partem adducere, & difficile
videatur in contrariam partem ali-
quas inuenire. Nihilominus tamen
ſunt plures maximè conſiderabiles,
& iuridicæ. Quarum prima eſt, quia
licet ex parte actoris ſit ſuſpenſum

petitorium, ex parte tamen fiſci, & communitatis per viam exceptionis eſt deductum, & cum ex natura ſua petitorium abſorbeat cauſam poſſeſ. vt ſupra proximè dictum eſt: videtur quòd non poſſit particularis victus in poſſeſſ. petitorium intentare, maximè ſi de eo actum eſt ex parte reorum. l. ſi autem. §. finali. ff. de nego. geſt. & in l. quod in diem. §. primo. ff. de compen. Item quia licet regulariter ſententia abſolutoria lata in poſſeſſorio non pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio. vt in dicta. l. & an eandem. §. finali. & per doctores in dict. §. nihil commune: tamen quando iudicium poſſeſſ. habet annexam cauſam proprietatis, iſto caſu abſolutoria lata in poſſeſſorio, parit exceptionem rei iudica. in petito. ſecundum Bartol. & magis communes doctores in dicto. §. nihil commune vbi Iaſ. numero. 54. ſed iſta cauſa nobilitatis videtur habere cauſam proprietatis annexam poſſeſſ. cùm ſit cauſa ſtatus, ergo in ea videtur quod ſententia abſolutoria in fauorem Fiſci lata pariat exceptionem rei iudicatę. in petito. & per conſequens impediat iudicium inchoari. Præterea in eandem partem facit quia quando à reo excipitur de proprietate, & ab eo probatur dominium, iſto caſu ſententia poteſt ferri in petitorio in fauorem rei, vt eſt optimus caſus vbi Baldus & Iaſon, numero ſecundo in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi petitor alias eſt l. ſed & ſi poſſeſſori in principio. verſiculo proinde. ff. de iure iur. doctores tamen eam legunt in dict. §. ſi petitor. Imola & cano. contra Hoſtienſ. in capit. ex conquæſtione de reſtitutione ſpoliatorum. Baldus in l. finali. C. de fideicom. liber. & in l. prima. C. vti poſſid. Bart. & doctores in l. ſin autem. §. finali. ff. de nego. geſtis. Baldus in l. ordinarij. C. de rei vendicatione. ſed in his nobilitatis cauſis ex parte Fiſci & communitatis excipitur de proprietate, & eſt fundata intentio Fiſci à iure, ergo ſi Fiſcus eam probet, cum iſto caſu ſententia poſſit & debeat in petitorio à Fiſco deducto per viam exceptionis ferri, per conſequens nullo modo remanet ad illud regreſſus particulari, eo quod ſuper eo iam pronuntiatum fuerit.

Item quando agitur interdicto vti poſſid. ad ſolam turbationem, & excipitur de dominio ſtatim probando, iſto caſu talis exceptio admittitur ſecundum magis communem conclu. in dict. §. nihil commune, de quibus per Iaſ. & Socin. ibidem. ſed quando particularis egit poſſ. oppoſitum fuit illi de proprietate per Fiſcum, & communitatem, & quia ipſe non probauit & ex parte Fiſci erat fundata principis intentio, ipſe particularis ſuccubuit mediante exceptione dominij oppoſita: ergo amplius ad cauſam proprietatis redire non poteſt: & obſtabit illi exceptio rei iudicatæ & dominij per rem iudicatam declarati ſtatim probati, vt notorium ex ſententia.

Facit



Facit etiam in hanc partem talis conſideratio. Ad obtinendum in proprietate in his cauſis nobilitatis, neceſſaria eſt poſſeſſio trium perſonarum: actoris, patris, & aui, vt patet ex legibus ordinamenti, & ex pragmaticis ſæpius in hoc opere citatis. Sed impoſſibile eſt, quòd is, qui ſuccubuit in poſſeſſo. poſſit de omnibus tribus probare. Ergo fruſtra admitteretur ad iudicium proprietatis, in quo neceſſariò debet ſuccumbere, & per conſequens non eſt vllo modo admittendus. Et iſtis forſan rationibus pragmatica Cordubenſis, quæ poſuit formam probandi, & iudicandi in his cauſis tam in poſſeſ. quam in petito. licet reſeruet Cæſaris procuratori, & communitatibus ius ad proprietatem quando particularis obtinuit in poſſeſſ. nunquam tamen reſeruauit particulari quando ſuccumbit. Et (vt ingenuè loquar) fateor me non vidiſſe in prætorio Granatenſi toto tempore, quo ibi Cæſari ſeruiui, iudicium petitorium intentatum ab eo qui in poſſeſſione ſuccubuiſſet. Quare non parum admiratus fui quando in hac Pintiana cancellaria prima vice hoc vidi attentari. Sed multò magis quando rurſum, & ſæpe hoc ſine diſcrimine admitti ab auditoribus intellexi, quod an iure fiat apud me & fuit, & nunc eſt valde ambiguum ex rationibus ſupradictis. In ea tamen ambiguitate tres conſidero pro articuli reſolutione cõcluſiones. Prima ſit quando ex parte fiſci per viam exceptionis (vt ſemper fit) oppoſitum eſt de dominio, & proprietate, & vltra iuris præſumptionem factæ ſunt probationes contra particularem, ex quibus non ſolum fiſcus abſolutus eſt, verum ipſe particularis condemnatus, & declaratus plebeius, & tributarius. Iſto caſu proculdubio, crederem talem particularem nullatenus poſſe iudicium proprietatis mouere, cùm actum ſit de illo, & pronunciatum, quod iure fieri potuit vt in dict. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi petitor. ff. de iur. iur. & ibi latè per Iaſ. numero. 3. iſto enim caſu finitum eſt per ſententiam vtrunque iudicium cùm pro prietatis cauſa, de qua per viam exceptionis tractatum eſt, abſorbuerit cauſam poſſeſſ. & omne ius petitorij etiã ſi ab actore ſuſpenſum ſit.

Secunda concluſio quando ex parte Fiſci nihil fuit probatum: attamen iudices in ſententia, vel ſententijs expreſſè reſeruauerunt partibus ius proprietatis, iſto caſu tam ex reſeruatione, quam ex iuris dubia expoſitione admitterem particularem victum in poſſeſſ. ad cauſam proprietatis ex rationibus pro prima parte adductis maximè ſi ſententia ſimpliciter fuit abſolutoria.

Tertia concluſio quando particularis victus eſt in cauſa poſſeſſ. ab eo proſequuta & Fiſcus, & communitas abſoluti ſunt, & in ſententia non fuit reſeruatum ius proprietatis, nec declaratus eſt particularis plebeius: ſed ſimpliciter condemnatus ad tributa, iſto caſu mihi maximè dubia eſt deciſio propter rationes pro vtra-



que

que parte adductas, quæ me modò in vnam, modò in alteram ſententiam videntur inclinare. Sed certè niſi cauſæ merita, & circunſtantiæ aliquæ particulares, ex parte particularis ſubeſſent, quæ me ad proprietatis regreſſum admittendum mouerent, fortaſſe quia cauſa poſſeſsionis fuiſſet ambigua, procliuior eſſem ad denegandum aditum ad petito. Cùm difficile, & ferè impoſsibile mihi videatur illum, qui in poſſeſsione facilè ſuccubuit obtinere poſſe in proprietate etiam ſi falſis, & corruptis teſtibus adductis titulum, hoc eſt, ſolar nitatur probare. Quod in ſimilibus caſibus iam ſæpe fieri vidi. Non nego, quin iſthæc concluſio dubia ſit, & forſan alijs maioris authoritatis, & literaturæ viris contraria ſententia magis placeat. Quorum iudicio facilè cedam ſi vel mediocrem iuris rationem ab ipſis intellexero. Licet iam in articulo iſto opinio hic mea in facto recepta ſit.

Quo ad ſecundum huius quæſtionis articulum, quo quæritur dato quòd admittatur iudicium petitorium ab eo, qui ſuccubuit in poſſeſſ. an poterit in illo obtinere. Dubium facit vna ex rationibus ſupradictis ſcilicet, quia cum ſecundum leges ordinamenti & pragmaticarum de Cordoua, ad obtinendum in proprietate neceſſaria ſit poſſeſſio trium perſonarum: ſcilicet, actoris, patris, & aui, & in poſſeſſorio iudicio particularis ſuccubuerit, videtur impoſsibile poſſe in petitorio obtinere. Sed dicendum eſt quod ſi in iudicio poſſeſſor. ſuccubuit ex eo quod non potuit probare poſſeſſ. patris, & nunc in iudicio proprietatis doceret titulum nobilitatis, ſcilicet, Carta executoria de ſu abuelo buena, y verdadera, y legitimamente librada, etiam ſi non probet poſſeſsionem patris: nihilominus in proprietate obtinebit, ex his quæ latè dixi ſupra capitu. ſexto, tertiæ partis numero ſeptimo & octauo. Et idem eſſet, ſi bonis & legitimis teſtibus vel inſtrumentis oſtẽderet nobilitatem aui, & proaui puta, ſer Illuſtres, o caualleros, o hijos dalgo notorios de ſolar conocido. Nam iſto caſu etiam ſi pater ignoranter vel ſcienter agnouiſſet, & ſoluiſſet tributa, propter quod ſuccubuiſſet in iudicio poſſeſſorio. Nihilominus poſſet obtinere in petitorio vt eodem capitulo ſexto, latius probaui. Si verò in iudicio poſſeſſorio ſuccubuiſſet, eo quòd ipſemet actor agnouiſſet & ſoluiſſet ſcienter tributa, iſto caſu eſt maximum dubium, an poſsit obtinere in proprietate. Cùm ex culpa propria ipſe ſibi præiudicauerit reſpectu propriæ perſonæ, & licet de iure communi nonnulli ex aduocatis huius cancellariæ nitantur defendere hunc poſſe obtinere in proprietate, ſi minori quam triginta annorum tempore ſoluit tributa argumento eorum, quæ ſingula. tradit Caſſanæus conſilio ſexageſimoquarto, per totum. & Guido Deciſione. 487. aliàs. 392. vbi ſingul. loquitur in propoſito. ante quos etiam tetigit Alexander conſilio centeſimononageſimoterito, incipiente. Ex themate. in quarto dubio colum. penultima. De iure tamen regio ſtante diſpoſitione pragmaticarum, quæ (vt dixi) pacificam poſſeſsionẽ omnium trium perſonarum requirunt, ad obtinendum in proprietate, dubitabile videtur valde. Et quia ad præſens iſte articulus in facto pendet, in cauſa cuiuſdam Bartholomæi de Brizuela incolæ de cañas cum Cæſaris Fiſcale, & communitate ciuitatis de Najara, cuius cauſa propter huius articuli, & aliorum difficultatem à primis iudicibus ad ſecundæ aulæ iudices remiſſa eſt, ĩter quos me meam oportebit prꝑſtare ſententiam, nunc eam non inſinuabo, ſed curioſis, & conſultis viris illum decidendum relinquo: Et per iſta iudicio meo reſtat mediocriter tactus iſte articulus: ſed pro ipſius perfecta examinatione reſtant inueſtiganda duo.

6 Primum, an in locis, ex priuilegio, vel conſuetudine liberis & exemptis como es Toledo Valladolid Granada y ſu Reyno, y Simancas y otros tales, poſsit probari quaſi poſſeſsio. nobilitatis, & quid proſit ipſius probatio, cum incolæ talium locorum habeant ex conſuetudine, vel priuilegio id, quod per ſententiam poſſunt prætendere, & (vt dicitur) fruſtra precibus impetratur, &c.



Nec iſta quæſtio eſt illa eadem) quã examinauit ſupra capitulo octauo. tertiæ part. numero ſeptimo. ibi enim agitur quando quis vult ſe iuuare ex quaſi poſſeſsio. patris vel aui. vel ſua habita in locis liberis ex ſola reputatione nobilitatis. hic verò an quis poſſit inchoare quaſi poſſeſsionem in talibus locis, quod aliquantulum diuerſum videtur, licet ibi dicta huic quoque quæſtioni poſsint conuenire. Et videtur, quod in talibus locis non poſsit de hoc tractari per viã iudicij ordinarij ex eo, quia cum ad introductionem huius iudicij in his cauſis requiratur inquietatio, vt ſupra dictum eſt, & teſtimonium pignoris realis ad oſtendendum de tali inquietatione, vt in pragmatica cauetur. Et iſta inquietatio, nec teſtimonium pignoris pro tributis non poſsit dari in talibus locis liberis, & exemptis: ergo non poteſt fundari iudicium, nec ſequi probatio. & hoc adeo verum eſt, & clarum, quod non poteſt negari: & ideo habitantes in talibus locis recurrunt ad conſeruandum ius nobilitatis ad remedium ſubſidiarium, ſcilicet, ad probationes ad perpetuam rei memoriam: de quibus infra ſuo loco dicemus: ſed dubium hoc poteſt deduci eo caſu, quo aliquis habitet in loco non libero, & ibi inquietetur, velit tamen probare de patre & auo, qui

habitauerunt in locis exemptis, & liberis à tributis, an iſto caſu talis probatio proficiat illi ad obtinendum in poſſeſſ. & crederem, quod non, clara ratione: tum quia vbi non poteſt dari quaſi poſſeſsio, nõ poteſt probari, ſed in talibus locis non eſt dare quaſi poſſeſsio. nobilium diſtinctam à plebeis & ignobilibus ſaltem in contributionibus: quia omnes indifferenter gaudent immunitate: ergo nõ poteſt probari. Item quia, vt ſupra ſępe dictum eſt, in præſcribenda libertate, vel immunitate tam in proprie. quã in poſſeſſ. requiritur contradictio, & à tempore cõtradictionis incipit quaſi poſſeſſ. vt per glo. in allega. l. qui luminibus. ff. de ſeru. vrba. prędio. cum alijs, quæ dicta ſunt, ergo his ſolis rationibus oſtenditur poſſeſ. patris, & aui in his locis non poſſe ſuffragari nepoti, nec ad propri. nec ad poſſ. niſi ſecundum diſtinctionem quam poſui ſupra ca. 8. 3. part. nume. 7.

7 Secundum dubium eſt oppoſitum huic, ſcilicet, an poſsit tractari cauſa iſta nobilitatis reſpectu proprietatis, vel poſſeſ. in locis, qui conſuetudine, vel priuilegio ſunt tributarij reſpectu omnium tam nobiliũ, quã ignobilium, como ſon todos los pueblos del Andaluzia adõde ſe guarda el fuero, y la ley del Rey don Iuan, y en todos los lugares de Behetria dõde no pueden biuir hidalgos, o ya que biuẽ hã de pechar, y en otros dõde por priuilegio particular todos pechã: como ſon el Eſpinar de Segouia, y Villa Caſtin, y Belmõte, y otros. Et in hoc dubio, ſi attendamus ad practicã & vſũ facile reſpondebitur, quod poteſt in his locis, & ſimilibus tractari de iure nobilitatis, & immunitatis: quia videmus, quod bona pars litium, quæ tractantur in hac Cancellaria: eſt ciuiũ incolarum talium locorum: ergo nõ eſt amplius diſputandum de cauſa cum conſtet de effectu & vſu quotidiano.

8 Sed quia effectus deriuantur à ſua cauſa ſicut à principio, & vſus, & ſtylus non eſt præſumendus contra iuris regulas: aduertẽdum eſt, quod in his locis conſuetudine, vel priuilegio tributarijs poſſunt tractari iſtæ cauſæ triplici reſpectu, vel ſine vno, ad conſeruandum tantum ius merum nobilitatis in aliquibus actibus citra vel extra contributiones, quales poſſunt eſſe, officios que ſe dan ſolamente a hijos dalgo como varas de hermandad regimientos, procuracion de cortes, & his ſimilia. & iſto caſu nulli dubiũ niſi, quod tales cauſæ poſſunt tractari, quia ſunt diſtinctæ à cauſis tributorum, & in illis eſt conſtituta differentia in talibus locis inter nobiles & plebeios, imo licet tales cauſæ nitantur in iure nobilitatis, ipſarum cognitio non eſt reſeruata, a los Alcaldes de hijos dalgo, ſed poſſunt tractari coram quibuſcunque iudicibus vt ſupra dictum eſt.

Alio & ſecundo reſpectu poteſt in his locis tractari de iure nobilitatis, ſcilicet, quando particularis prætendit ſe declarari nobilem, non ad effectum excuſandi ſe à tributis in illis locis,



cis, cum nullus etiam nobilis excuſetur: ſed ad declarationem iuris ſui in perpetuum, quia forſan ipſe, vel eius filij vel deſcendentes mutabunt domicilium aliquando, & transferent illud ad locum, vbi eſt diſtinctio nobilium, & ignobilium, & ignobiles ſoluunt: nobiles verò non, vt eſt ordinarium in toto regno fere. Et in iſto caſu poteſt eſſe dubiũ non leue, vtrũ poſsit tractari iudicium hoc, & ego (ſaluo meliori iudicio) crederẽ, quod non, & hac vna ſola videri meo ſufficienti ratione, ſcilicet, quia non poſſunt docere de inquietatione & moleſtatione, nec oſtendere ſufficiens teſtimonium capturę pignoris: quia cũ in talibus locis de cõmuni conſuetudine, foro lege, vel priuilegio omnes pariformiter nobiles & ignobiles teneantur ad contributiones, nemo poteſt dicere ſe inquietari ratione ſuę nobilitatis, cum non exigatur ab eo collecta ſeu tributũ ex eo, quod ſit ignobilis, quem appellamus pechero, ſed ſolum ex cõſuetudine foro, vel lege, vel priuilegio, & ſic non inquietatur ratione ſanguinis: & per conſequens etiam ſi oſtendat teſtimonium pignoris ſibi accepti pro tributis, non prodeſt: quia illud pignus nõ capitur ab eo por pecho de pechero como ſe requiere ſino por razon de la coſtumbre, o fuero, o ley, o priuilegio: ideo non bene faciunt aliquãdo los Alcaldes de hijos dalgo que admitten por teſtimonio baſtante de prenda el que ſe trae de lugares donde todos pechã Imo nec eſſent admittẽda teſtimonia quæ ab ijs, qui habent domicilium in talibus locis tributarijs, procurant (ad cautelam fundandi iudicium) in locis circumuicinis non tributarijs, & ego ſemper his contradixi licet nunquam vel raro obtinuerim, maxíe, en el pleyto de Hernando Daraque, y Frãciſco Pacheco vezinos de Belmonte, que para poder fundar pleyto, procurarõ que les ſacaſſen prendas en vnas aldeas vezinas por razon, que como he dicho en Belmonte todos pechan: verum tamẽ eſt, prout ſupra dixi, quod iſta cautela, eſt licita ſecundũ opinionem Bald. in authen. ſi quis. C. de teſtib. ſecunda columm. & fere ſemper admittuntur talia teſtimonia, etiam ſi veriſimile ſit, quòd ſint procurata: ità que hoc ſecũdo caſu credo, quod nõ poſsint de iure fundari iſtud iudiciũ ratione dicta. Sed ſolum poterunt facere probationes ad perpetuã rei memoriam, ad conſeruationem iuris ſui, vt infra ſuo loco dicetur.

9 Alio et tertio reſpectu poteſt in his locis tractari de iure nobilitatis, etiam quantum ad præſentem excuſationẽ tributorum: & ſi dicatur, quomodo cum omnes indifferenter, etiam nobiles teneant? Reſpondeo, quod licet fere in tota prouincia Bætica, ſit à principio recepta, & executiõi mãdata lex domini Regis Ioannis, de qua in lib. 4. ordi. titulo quarto de los eſcuſados: quæ eſt. 14. in ordine: adeo, vt ex vſu ipſius, ſe haya introduzido nombre de fuero de Andaluzia, vt patet, tamẽ poſtea ex aliquo retro tẽpore in multis, & fere in omnibus ciuitatibus, &

oppidis

reſtitutum ſibi reſtituere procuraue-
rint,cum facile,& ordinarium ſit rem
ad ſuam primam redire cauſam,& fa
cilius ipſa ceſſante effectum quoque:
maxime,vbi violenta neceſsitas( quæ
lege caret)ipſam introduxit cōtra na-
turalem quandam,& ciuilem ęquita
tem,quæ,vt dictum eſt,à mundi ori-
gine nobiles,& claros viros ab igno-
bilibus & obſcuris virtute,honore,et
gloria ſeparauit:nam ſi Deus ipſe ex
his,quæ in veteri teſtamento pro tem
poris opportunitate & primi parētis
culpę neceſsitate rigoroſe ſtatuerat,no
uo ſuo teſtamento multa immutauit,
& reuocauit,lege gratiæ & pacis per
Ieſu Chriſti domini noſtri aduētum
nobis reſtituta.Quid mirum ſi homi-
num leges ab his pro temporum ne-
ceſsitate rigoroſe inductas ipſi homi
nes nitantur reuocare neceſsitate ceſ-
ſante,vt in ſimili dicit tex.in ca.nō de
bet,de conſangui.& affini.quis enim
non conſentiat & iuſtum arbitretur,
vt quod bellorum calamitas introdu
xit,hoc pacis lenitas ſopiat?vt elegan-
ter præfatur Iuſtinianus in principio
l.vnicæ.C.de cadu.tollen.indigniſsi-
mum enim & crudele videretur,ſi ip
ſi nobiles,qui pro ſui Regis & patriæ
defenſione & libertate ſe tributorum
ſeruituti & oneri ſponte ſubiecerūt,
vitam,honores & facultates bellorū
diſcriminibus deuouendo, reipubli-
cę potius,quam proprijs commodis
& honoribus proſpiciendo,regno iā
placato victoria glorioſe parta in labo
rum & fidelitatis præmium nobilita
tis fructibus( quibus pro tempore,ve
lut precario, renuntiauerunt ) mane-
rent ſpoliati & defraudati, quòd nec
naturalis,nec ciuilis ratio, nec Princi-
pes noſtri (quibus,vt dijs gratificatio
nis,& iuſtitiæ munus proprium eſt,)
vnquam patientur,ſed potius pie &
iuſtè diſsimulare & tolerare,vt hi qui
pro temporum tam arcta neceſsitate
legem illam ſibi ipſis grauem,et quo
dammodo iniurioſam ſponte recepe
runt nobilitati proprie interdici ſibi
patientes & eius fructibus ſuſpendi
conſentientes, tributorum munera q̄
propria ſunt ignobilium ſuſcipiēdo,
primæuum ius ſuum vendicent, &
antiquum titulum & honorem , vt
quorum probitas & claritas à princi-
pio fuit à vulgi hominibus ſegrega-
ta, nunc etiam & ſemper ſit honori-
bus reſtituta.

Sed ne ex conſulto fiam declama-
tor ad thema noſtrum redeundo nō
video quid poſsit imputari Cæſaris
noſtri, & Regū Fiſcalibus circa iſtius
l.Bæticæ obſeruantiam, imo nec ipſis
nobilibus qui in derogationē ipſius
conantur libertatem & honorem pri
mæuū redimere,& in antiquum ſta-
tum reſtitui,& ideo non indignabar,
ſi aliquando à Cæſaris noſtri audito-
ribus in hac Cancellaria etiam contra
meam prętēſionem videbam in hoc
articulo nobilibus aliquid deferri &
faueri, & ſi ex officij mei munere vi-
derer id ægre laturus: exiſtimo enim
me magis Cæſari deſeruire dum ma-
gis Deo rationi & æquitati defero.

Hoc itaq; caſu poſſunt tractari iſtæ
cauſæ coram iudicibus nobilitatis , q̄
appellan-



appellantur Alcaldes de hijos dalgo,
& per ſententiam conſequetur is,qui
obtinuerit,vt ſibi fiat refactio illiꝰ im-
poſitionis liberè & pacificè tāquam
nobili, & declarabitur nobilis in pro
prietate vel poſſeſ.ſecūdum quod ip-
ſe probauerit,vt dictum eſt.

11 Vnum tamē eſt aduertendū,quòd
ſemper in his locis vbi allegatur, vel
probatur,q̄ ay el fuero y vſo de la ley
de Andaluzia, ſiempre los juezes en
las ſentencias dizen y mandan,que ſe
les guarde la hidalguia y poſſeſsion
della ſegun el vſo y coſtumbre de a-
quella ciudad o villa,y ſegun ſe guar
da a los otros hijos dalgo della: y aſsi
eſta proueydo que ſe haga por çedu-
la de ſus Mageſtades:dirigida a los Al
caldes de hijos dalgo y Oydores que
eſta entre las ordenanças nueuamen-
te impreſſas: que es dada en Seuilla,
el año de M. D. LI. fol. 42. Cuiusver
ba libuit hic referre, quia ex illis, &
Principis intentione & mente ibi in-
ſinuata videntur confirmari & iuſtifi
cari ea,quæ modò dixi circa obſeruā-
tiam.l.Bæticæ:verba autem huius ſce
dulæ talia ſunt.

# EL REY,

ALCALDES De los hijos dalgo de la audiencia y Chancilleria
que eſta y reſide en la nombrada, y grande ciudad de Granada.
Por parte de algunas perſonas vezinos y moradores de algunas ciu
dades, villas y lugares del Andaluzia me fue fecha relacion, q̄ ellos
ſon hijos dalgo de padre y abuelo, y de ſolar conocido, y tales que deuen go
zar de las exempciones y libertades que los otros hijos dalgo de eſtos Reynos
gozan. y que en los lugares donde biuen los prendan y empadronan y hazen
pechar y contribuyr que me ſuplicauan, y pedian por merced mandaſſe que
les fueſſen guardadas las dichas exempciones y libertades, como a tales hijos
dalgo deuian guardarſe, o que ſobre ello les proueyeſſemos,como la mi mer
ced fueſſe:porende yo vos mando, que ſi ante voſotros pareſcierē las tales per
ſonas, vezinos y moradores en las dichas ciudades, o villas y lugares de la di
cha Andaluzia, o de qualquier dellos ſiendo prendados, llamada y oyda la
parte del procurador Fiſcal de eſſa audiencia, y procurador del conſejo de la
tal ciudad, y villa, o lugares donde las tales perſonas biuieren, y fueren vezi-
nos: y auida complida informacion de la coſtumbre que ſe tiene y ha tenido,
y lo que ſe guarda, y ha guardado haſta aqui en las tales ciudades y villas y lu
gares a los otros hijos dalgo que en ella biuen, y han biuido y morado, y del
fuero a que la tal ciudad villa y lugar fue poblado guardando las leyes y prag
maticas deſtos Reynos, que ſobre eſto diſponen, hagays y adminiſtreys en-
tero cumplimiento de juſticia,ſin embargo de vna mi çedula,que mande dar

 para-

paraque ſobreſeyeſſedes en las dichas cauſas: y no fagades ende al. Fecha en Seuilla a veynte dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y onze años. Yo el Rey. Por mandado de ſu Alteza. Lope Conchillos: y en las eſpaldas eſtauã ocho firmas, y ſeñales, que pareſcian ſer de los ſeñores del conſejo.

Hæc ſunt verba huius Regiæ prouiſionis, ex quibus (vt ſupra dixi) ex ſciẽtia & patientia Principis videtur admiſſa, & iuſtificata derogatio dictę. l. Bæticæ, & non vſus illius. & ſi quæratur quid ergo poteſt prodeſſe ſentẽtia immunitatis his, qui obtinẽt, cum per ſententiam ſolum ſibi cõcedatur, vt fruantur nobilitatis immunitate ſecundum vſum & cõſuetudinẽ illius ciuitatis, vel loci: nam aut ibi eſt vſus & conſuetudo, que pechen todos hidalgos y pecheros, o que pechen ſolamente pecheros. Si pechan todos, y la ſentencia manda que ſegun el vſo de la tierra les guarden ſus libertades, per ſententiam nihil conſequuntur, ſi no pechan mas de los pecheros, iam ſumus extra caſum, de quo agimus, & nõ habebit ſententia mentionẽ de vſu vel cõſuetudine, ergo? Rñdeo, quòd ſententia eſt magnæ vtilitatis & conſiderationis ex multis, primo quia, vt dixi, per illam declaratur hijo dalgo, q̃ declaratio facit ius cum toto regno, y mudando el domicilio, o biuiẽda a qualqer parte del reyno q̃ no aya tal coſtumbre de pechar ſera libre y eſento el y ſus hijos, y deſcendientes legitimos para ſiempre. Item que hauiẽdo en aquella ciudad, o villa cõ quiẽ litigo el vſo de hazer la refacion a algunos caualleros y hidalgos (como he dicho) ſe la han de hazer a el, aũque no quieran: pues ha probado ſer tal.

Item, que aunque no aya tal coſtũbre, ni ſe haga refacion a ninguno ſino que abſolutamente pechen todos hidalgos, y no hidalgos y no ſe haga refacion de ſiſa a ninguno en algunas ciudades y villas, y ſin embargo de la coſtũbre vniuerſal eximen de pechos y hazen refacion a los que lleuan cartas executorias, como en Ecija, y en Xerez, y en Carmona, y en otros pueblos a donde de hecho, o por coſtũbre, que van introduziendo, ex tacito populi conſenſu ſin embargo, que en las ſentencias, y cartas executorias ſe diga q̃ ſe guarde el vſo de la tierra, los eximen de pechos, y les hazen refacion a los q̃ ſacan cartas executorias.

12 Verum eſt, que en eſte caſo ay vn remedio que queda al Fiſcal, que es reclamar que no ſe guarda el tenor de la ſentencia, y carta executoria, y pedir prouiſion y ſobre carta della, y q̃ vaya inſerta la ley del Andaluzia: para que aquel peche ſin embargo, que ſea declarado por hijo dalgo: pues alli todos pechan: y ſi ſe reſpondiere, que la ley d̃l andaluzia, alli no ſe guarda, mayormente con los que han litigado, y ſacado cartas executorias, aura lo de probar el que lo alega: y entretanto le haran pechar, y que no exceda del tenor de la ſentencia, y carta executoria: & ita obtinui, en el pleyto de Hernand Arias de Saauedra, que ſaco carta executoria de hijo dalgo ſegun el vſo, y coſtumbre de Seuilla, y Carmona: y queriendo indiſtinctamente gozar en Carmona ſin embargo de la coſtumbre, y vſo: ſe oppuſo la villa a la executoria: diziendo, que alli todos pechauan, aunque fueſſen hijos dalgo, y que la ſentencia mandaua que ſe le guardaſſe la hidalguia ſegũ el vſo de la tierra, y fuero del Andaluzia: y aſsi fue recebido a prueua el dicho Hernand Arias, ſobre el vſo contrario, y en el entretanto, no vſa de la executoria: & adhuc pendet lis. Et iſta reſolutio poteſt ſumi, tam ex iure, quam ex communi ſtylo, & practica huius Cancellariæ.



*SVMMARIVM*

*Ex capite ſequenti.*

1 *In his nobilitatis ſeu immunitatis cauſis, cui incũbat onus probandi in proprietate, quãdo particularis obtinuit in poſſeßione: y tiene carta executoria en poſſeßion.*

2 *Poßidenti regulariter nõ incumbit onus probandi.*

3 *In iuribus incorporalibus, quaſi poſſeßio releuat ab onere probandi, etiam vbi ius cõmune repugnat poſsi. ſi agatur poſſeſſorio iudicio.*

4 *Quando primæuus ſtatus rei contradicit poſſidenti, quaſi poſſeßio non releuat ab onere probandi.*

5 *Quando ius aliquod non poteſt haberi ſine priuilegio, quaſi poſſeſſio illius iuris non releuat ab onere probandi.*

6 *Quando quaſi poßidenti reſiſtit ius commune, non releuat illum quaſi poſſeßio ab onere probandi*

7 *Reſoluitur quæſtio per concluſiones.*

8 *Quando quaſi poſſeſsio nititur alicuius tituli præſumptione etiam ſi ſit contra ius cõmune, releuat ab onere probandi.*

9 *In dubio contra Fiſcum eſt iudicandum.*

10 *Quando ius non contradicit proſequutioni ſtatus, vel cauſæ, etiam ſi contradicat principio, releuat ab onere probandi.*

11 *Quando primæuus ſtatus non contradicit præciſe, et abſolute quaſi poſſeſsioni, quaſi poſſeſsio releuat ab onere probandi.*

12 *Quantum ad onus probandi poteſt aſsignari differentia inter quaſi poſſeſ. rerum & perſonarum.*

13 *Oſtendit Barto, opinionem & cõmunem difficiliter poſſe ſaluari.*

14 *Agitur de intellectu pragma. Corduben.*

15 *Qualitas perſonarum in his cauſis maximẽ eſt à iudicibus conſiderãda.*

## In his cauſis, cui incũbat onꝰ probandi quando particularis obtinuit in poſſeſſorio & agitur petitorio.

### *CAP. V.*

SED Quæro de quęſtione quotidiana, et difficili ĩ qua adhuc non eſt recepta certa ſententia vel opinio, ſed iudices tam huius Cãcellariæ quã Valliſolitanę ſunt varij, nec interſe ſatis conueniunt, ſcilicet, an particularis qui habet tres ſententias y carta executoria dellas en la poſſeſsion, y le ponen demanda en la propriedad, releuetur ab onere probandi taliter, quod non probante Fiſcali, vel communitate debeat pronuntiari nobilis in proprietate, vel ſuccumbere, vel abſolui. Et quia iſta quæſtio, vt dixi, eſt quotidiana, & difficilis, operępretium e-
1 rit eam plenè examinare, quia quotidianum, & ordinarium eſt, vt finito iudi-

iudicio poſſe.per tres ſententias Fiſcalis, & communis incipiant iudicium proprietatis, & pro parte particularis, & quod releuetur ab onere probãdi, faciunt rationes ſequentes.

2 Prima eſt, quia ſecundum iuris regulas poſsidenti, vel quaſi poſsidenti non incumbit onus probandi, vt in §.cõmodum, inſtit. de interdict. & in §.æque ſi agat, verſiculo. quod genus de actio. & in l.fin. C.de rei vendi. & in l.qui accuſare. C.de eden. cũ alijs.

3 Secunda, quia etiam in iuribus incorporalibus quaſi poſſeſ. releuat ab onere probandi, vt in l.ſicuti. §.ſed ſi quæratur. ff.ſi ſer.vend. & in l.prima. §.primo, vbi gloſ. magiſtra. ff.de itin. actuq́; priua. & per doctores in rubr. de cauſ.poſſeſſ. & propri. & in ca.cũ eccleſia ſutrina eodem titu.

Tertia, quia in cauſis ſtatus, quibus quodammodo iſtæ cauſæ nobilitatis aſsimilantur quaſi poſſe. ingenuitatis vel libertinitatis releuat ab onere probandi, vt in l.circa, vbi bona gloſſ. & ordina. ff.de proba. & in l.liberis. §.fi. ff.de libe.cauſ. & in l.ſicut ſemel. vbi Bald. C.eodem titu. & in l.5.titul.14. part.3. & l.27.titu.14.part.7.

Quarta ratio, quia ſi ſententia, & res iudicata lata in poſſeſ.iudicio, non releuaret in his cauſis ab onere probãdi nulla, vel parua vtilitas remaneret ex ſentẽtia poſſeſsionis.

Item poſt ſententiam, & rem iudicatam, fiſcus & cõmunis agit, & particularis eſt reus, & conuenitur: ergo actori incumbit onus probandi, vt ſupra dictum eſt, & actore non probãte. &c. Quarto facit doctrina Pauli in l.ſicuti. §.ſed ſi quæratur. ff.ſi ſerui. vend. & Aluaro. & Iſernia in cap.primo. & ſecunda colum. de controuerſia inter maſculũ, & fœminam de beneficio. vbi ſingulariter dicũt, quod etiam ſi res natura ſua præſumatur libera, tamen ſi reperiatur in poſſeſsione emphyteuſis: quia ſoluit emphyteuſim alicui per duos, vel tres annos ex ſola hac quaſi poſſeſſ. etiam ſi contradicat ius commune, ſi tamen agatur iudicio poſſeſ. tuebitur is, qui prętendit emphyteuſim in poſſeſ. idem dicunt Aluarotus, & Iſern. in dict. ca: primo in re allodiali. facit optimus text. in cap.ſi quis de manſo. ſi de inueſti. feudi. in vſib. feu. a dõde ſe prueua, que el que ſe halla en poſſeſsiõ de mas tierra del manſo, que es lo q̃ pueden arar vn par de bueyes: releuatur ab onere probandi, y ha de ſer amparado en aquel incremento aunque la preſumpciõ ſea, que no le dierõ mas en feudo del manſo: y tambien, ſi bona reperiantur in poſſeſſ. feudi: aũque ſecundum ius commune præſumantur allodialia & libera ſecundũ Bart. in l.titiæ textores. ff.de legatis primo. nihilominus qui eſt in poſſeſſ. poſsidendi ea tanquam feudalia, in iudicio poſſeſſ. defendendus eſt ſecundũ prædictos doctores.

4 Pro contraria parte faciunt duo, vel tria fundamenta non leuia, Primum facit gloſſ. reputata ſingularis, & ordinaria, in dicta l.ſicuti. §.ſed ſi quęratur, vbi iuncta textui. dicit, quod licet ſit regula ordinaria, quod quaſi poſſ. releuat



releuat ab onere probandi, vt dictum eſt, fallit tamen quando primęuus ſtatus rei contradicit, vt in caſu illius textus. vbi licet ego habeã tigna immiſſa in domum vicini, & per hocſim in quaſi poſſeſ. ſeruitutis, nihilominus teneor probare titulum ipſius ea ratiõe, quia primus ſtatus rei contradicit mihi, cum omnis res ex natura ſua pręſumatur libera, vt in l.altius. C.de ſerui. cum alijs. & cum iſta doctrina tranſit Bart. Magiſtraliter. in l.ſi prius, vbi etiam eſt glo. ſimilis. ff.de noui operis nuntia. & ibi latè Alexan. & doctor. in varijs locis confirmantur ex l.quinta. titu.14.part.3. & l.27.titu.14. part.7. vbi, quia ſeruituti contradicit primæuus ſtatus, etiã ſi ſeruus quaſi poſſideatur à domino in figura ſerui. dominus debet oſtendere titulum, vt ſupra dictum eſt.

5 Facit etiam, & ſecundo doctrina illa famoſa Alexan. quę fuit originalis Bald. in l.titia. ff.ſolu.matri. vbi ſingulariter dicit Bald. quod quãdo ſtatus quem indicat præſens, poſſeſsio eſt, quod non poteſt haberi ſine priuilegio: tunc quaſi poſſeſ. illius non releuat ab onere probãdi: & illam doctrinam ſequitur etiã Imola ibi: & illam eandẽ poſuit idem Bald. in l.ſecunda C.de ſerui. & aqua. & in l.nõ ignorat C.qui accuſ. non poſ. & idem voluit glo. ſingularis in l.etſi ſolennibus. C. de fide inſtru. vbi dicit, quod non poteſt dari quaſi poſſeſ. illius, quod non poteſt haberi ſine priuilegio cum eo ipſo, quod allegatur, contradicit illi ius commune, et datur mala fides ſaltem præſumpta quam gloſ. notat ibi Bald. & eam bene declarat Paulus de Caſtro ibi: & in iſto caſu expreſſe tenet Pala. rubi. in repet. c.per veſtras ſuper text. folio.83. in ſecunda colum. vbi per text. in dicto ca.cum perſonæ & per alia iura affirmat, quod quaſi poſſeſsio immunitatis nõ releuat generoſum, vel prętendentem immunitatem ab onere probandi, & ita dicit ſeruari in practica: allegat text. ſingularem in l.prima. C.de reis poſtu. lib. 11. & Archidiaconus, in ca. voluim?. 16. quæſtione 4. & Ancha. in dict. ca. cum perſonę in. 11. nota. Abba. in ca. primo. 2. colum. vt lite penden. & in ca.cum veniſſent de inſtit. vbi eſt bonus tex. idem Abb. in cap. primo in fine. de reſtitu. ſpolia. Petrus Anthiboli in tractatu de muneribus. folio. 23. colum. ſecunda.

6 Item, & tertio quando ius commune cõtradicit vel reſiſtit poſſe. vel quaſi, tunc quaſi poſſeſ. nõ iuuat, nec habet effectus poſſeſ. vt in c.ad decimas de reſtit. ſpolia. libro.6. & in cap. primo. de pręſcrip. libro.6. & in ca.ex cõqueſtione eodem titu. de reſtitu. ſpo. ergo cum omnes iſtę tres rationes militent in noſtro caſu: quia primæuus ſtatus contradicit, eò quod omnes debent ſoluere debita principi.

Item non poteſt haberi excuſatio ab his ſine titulo, hoc eſt ſine priuilegio.

Item quaſi poſsidenti in his cauſis reſiſtit ius cõmune, & leges & pragmaticæ huius regni, quo & quibus diſpoſitum eſt, quod omnes agnoſcãt & ſoluãt tributa, & collectas ſine ali

quia excuſatiõe, cum princeps habeat fundatam intentionem per ius commune, & per dictas leges, & pragmaticas: ſequitur, quod talis ſententia in poſſeſſ. per quam datur quaſi poſſeſ. immunitatis particulari, non releuet illum ab onere probandi in iudicio proprietatis.

Item facit alia noua conſideratio, & vehemens: quia attẽto, quod pragmatica iſta ad obtinendum in proprietate requirit longe maiorem probationem, quam in poſſeſſ. vt ſupra dictũ eſt, & imponit onus probãdi, al que pretẽde ſer hijo dalgo. y dize porque nos tenemos fundada nueſtra intencion, &c. videtur, quod ipſimet particulari remaneat iniunctũ onus probandi etiam iſto caſu, de quo agimus ſi vult obtinere in petitorio: nam quẽ admodum princeps habet fundatam intentionem reſpectu poſſeſsionis, quouſq; particularis probet, ita & reſpectu proprietatis.

Ex his non ſine ratione iſta quæſtio redditur ambigua, & reputatur difficilis & ſcrupuloſa, ſed quantum ego potui inueſtigare tam ex iuris rationibus, quam ex mente, & ſententia eruditorum, & grauiſsimorum virorũ, pro eius reſolutione poſſunt fieri tres concluſiones, vel quatuor. Prima.

7 Quando poſt ſententiam in poſſeſſ. particularis in iudicio proprietatis cõtra ipſum intentato aliquid de nouo probat vltra id, quod probauerat in iudicio poſſeſ. & Fiſcalis nihil, nec cõmunitas; iſto caſu ſine dubio ſententia ferenda erit pro eo in proprietate.

Secunda concluſio, quando in iudicio proprietatis Fiſcalis vel communitas ſufficienter probat contra illum, qui habet rem iudicatam in poſſeſſ. proculdubio ſententia ferenda eſt cõtra eum, y le han de declarar por pechero ſiue aliquid probauerit in iudicio propri. ſiue nihil.

Tertia concluſio, quando in iudicio proprietatis, nec particularis aliq̃d probat vltra id, quod in poſſeſſ. probauerat, nec contra eum aliquid probatur ex parte Fiſci, vel communitatis, iſto caſu, qui eſt dubitatiſsimus, ſaluo meliori iudicio, dicerem vnum de duobus, vel quod ſit ferenda ſententia abſolutoria, vt ſæpe fertur ex eo quod non liquet eum eſſe ignobilẽ, vt in ſimili, in cauſa libertatis dicit textus ſingularis in l. diui. §. primo. ff. de liber. cauſ. ibi ſeruum illius non videri. & glo. quæ eũm allegat in dicta l. circa. ff. de probat. & in dicta l. prima. §. primo. ff. de itiner. actuq; priua. Etſi quæratur, quis effectus poſsit oriri ex tali ſententia abſolutoria, qui non ſit idem, ac ſi pronuntiaretur nobilis in proprieta. Reſpondeo, quod effectus eſt longe debilior, quia iſto caſu remanet ius proprietatis ſaluum, & reſeruatum alteri cuilibet communitati præter illi, quæ egit, quod non eſſet ſi pronuntiaretur nobilis: quia iſto caſu toti regno faceret ius ſententia. Ratio eſt, quia hic non fertur ſentẽtia ex eo; quia probauit ſe nobilẽ, ſed abſoluitur ex eo, quod non eſt probatum contrarium argumento. dictę. l. diui. §. primo. ff. de liber. cauſ. & in l.

ſed ſi



ſed ſi poſſeſſori cum ibi traditis. ff. de iure iurando & notatorum. in l. ingenuum. ff. de ſtatu. ho.

Vel aliter, & ſecundo, quod particularis ſit pronuntiandus nobilis, & immunis in proprietate & imponendum perpetuum ſilentium Fiſcali, & communitatibus, & iſta ſententia poteſt iuſtificari ex text. ſingulari iuncta doctrina Abb. & Anto. ibi in capitu. cum veniſſent de inſtitu. vbi ſingulariter diſponitur, quod etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius commune, ſi tamen
8 adiuuatur præſumptione alicuius tituli, vel æquitatis, is qui docet, vel eſt in poſſeſſ. defendendus eſt in ea, vſquequo aduerſa pars, quæ agit petitorio doceat de iure ſuo. & innuit vlterius, quod ſi non probatur in petitorio obtinebit in eo is, qui erat in poſſ. ita videtur dicendum in noſtro caſu, quod cum ex parte iſtius, qui prætendit immunitatẽ nobilitatis titulo poſſeſsio ſua iuuetur aliqua tituli præſumptione ex ſententia poſſ. reſultante, & adiuuetur æquitate poſſ. etiam ſi ex parte Fiſci intentatum ſit petito. ſi nihil probatũ eſt, debet is particularis obtinere in eo, & declarari nobilis. & ſi dicatur, quod iſta opinio videtur ſine iuris fundamento ex eo, quod cum iſte particularis in iudicio proprietatis nihil, vltra id, quod in poſſeſ. probauit, nunc probat, non videtur cauſa propter quam poſsit obtinere in proprietate ex eiſdem actis. Quia reſpondeo, quod imo particularis habet maiorẽ probationem, quàm antea, etiam ſi nihil amplius probauerit ex eo, quod in iudicio petitorio altera pars nihil aduerſus eum probauerit: quia pars probationis eſt, quando non probatur cõtra in nouo iudicio ſecundum quod tradit Hippoly. in rub. C. de probationibus.

Item facit alia conſideratio, ſcilicet, quia pragmatica, de qua ſupra, quæ loquitur circa probationem; expreſſe videtur imponere onus probãdi in proprietate Fiſcali, & communitabus in quantum dicit, que quando ouiere el particular probado lo que baſta para la poſſeſsion, le amparen en ella, y den ſentencia en ſu fauor. & ſubdit, quedando toda via a ſaluo a la parte de nueſtro Fiſcal, y del concejo el de-
9 recho de la propriedad: non enim dicit, quedando a ambas partes: ſino ſolamente al Fiſcal y cõcejo. Ex quo videtur ſignificari, quod onus probandi in iudicio proprietatis, finito iudicio poſſ. incumbat ſoli Fiſcali & communitati; & quod altera pars nihil teneatur probare: facit enim, quia cum res ſit dubia contra Fiſcum pronuntiandum eſt. vt in l. non puto. ff. de iure Fiſci. & tenendo iſtam partem non obſtant fundamenta in contrarium adducta, quia illud, quod dictum eſt, quod quando primæuus ſtatus, & origo rei vel perſonæ contradicit quaſi poſſ. tunc quaſi poſſeſ. non releuat ab onere probandi habet locum quando poſſeſ. vel quaſi non eſſet iuſtificata, vel titulata per ſententiam, vt hic, quia iſto caſu quaſi poſſ. vallata, & iuſtificata per ſententiam bene releuat. argumento notatorum in capit. licet

P 4 cau-

cauſam.de proba.& in l.ſi duo.ff. vti poſside.& in l.iuſte poſsidet.ff.de acquiren.poſſeſſ.eſt enim magna authoritas rei iudi. quantum ad iuſtificandam poſſeſſ. ſi enim particularis niteretur ex ſola quaſi poſſ.quam dicit habuiſſe ex longo tempore, non propterea eſſet releuandus,quia illa ſua quaſi poſſeſſ. contradicit primæuo ſtatui ideo antequam feratur ſententia iuſte per pragmaticas, diſpoſitum eſt, que peche en el entretanto: tamen quando iam docuit de ea, & per ſententiam defenditur,& manu tenetur,iſto caſu videtur,quod talis quaſi poſſ. roborata colore ſententię releuet ab onere probandi taliter, quod non probãdo in petitorio, Fiſcus vel communitas ſit declarandus nobilis in proprietate, & color, & præſumptio ſententiæ hoc operetur. argumento text. in l. herennius. §. gaia. ff.de euict. & fere in noſtro eodem propoſito voluit notabiliter Bald.in l. non ignorat tertia columna. vbi dixit, quod quando quaſi poſſeſſ.vallatur aliquo titulo,vel iuſta cauſa releuat,licet ſecus quando ſtat in mero facto.Vel aliter,& ſecundo, quod in noſtro caſu non ſit admittendum,quod huic particulari cõtradicat primæuus ſtatus:nam licet omnes ſubditi Principis naſcantur, cũ obligatione, & onere recognoſcendi Principem,& ſoluendi tributa & iſte ſit omnibus primæuus & originalis ſtatus: tamen ex poſtfacto bene potuit mutari per immunitatem, vel nobilitatem acquiſitam tempore,vel cõceſsione,& ſic licet ius commune cõ-
10 tradicat initio,vel principio non contradicit proſequutioni,& iſto caſu talis quaſi poſſeſſ.bene releuat ab onere probandi ſecundum, quod ſingulariter declarat Angel. & Aretinus in l. ſi prius.ff.de noui operis nunti.vbi dicunt,quod quando primæuus ſtatus contradicit principio, non vero proceſſui vel proſequutioni, tunc talis quaſi poſſ.releuat ab onere probandi, & ponunt exemplum in minore. 25. annis: Qui ſi ex aſpectu appareat maior,etiam ſi primæuus ſtatus contradicat, quo certum eſt natum fuiſſe minorem: quia tamen ex temporis proceſſu mutatur ille ſtatus:ſolus aſpect⁹ maioris ætatis releuat ab onere probãdi illum,qui prætendit eſſe maiorem, & iſtam doctrinam valde commendant ibi Moderni.

Vel aliter,& tertio poteſt dici,quod licet iſto caſu,quo loquimur,cõtradicat primæuus ſtatus, non tamen contradicit de neceſsitate præciſa, quia poſsibile eſt aliquem natum eſſe no-
11 bilẽ ex nobilibus & claris parentibus vel ex illis, qui fuerant tales declarati per ſententiam, quæ tranſiuit in rẽ iudicatam:& quando primæuus ſtatus non contradicit de neceſsitate,tũc bene releuat quaſi poſſ. ab onere probãdi ſecundum doctrinam Bart. in d.l. ſi prius in vno ex quatuor membris: qui ita intelligit d.l.circa.ff.de proba. & ponit exemplũ in ſeruitute:nam licet ab origine & primæuo ſtatu naturali omnes homines liberi naſcebãtur tamen quia poſtea fuit inuentũ ius ſeruitutis per captiuitatem, vel natiuitatem

tem



tem ex ancillis, vel ſpontaneam ſui ipſius venditionem,potuit quis naſci ſeruus, & poteſt: & tamen iſta quaſi poſſeſ. ſeruitutis, licet repugnet primæuo,& naturali ſtatui libertatis,releuat dominum, qui eſt in ea,ab onere probandi.vt in d.l.circa, & in d.l.liberis.§.fi.ff. de libe. cau.ita poteſt dici in noſtro caſu, quod licet primus ſtatus hominum ſit, vt naſcãtur obligati ad tributa Principi ſoluenda,tamen poſtquam per iura regni introductum eſt, que el que probare, o fuere notorio hijo dalgo de ſolar conocido, o tuuiere carta executoria dello, o priuilegio, no ſea obligado a pechar. Iſto caſu ille, qui per ſententiam & rem iudicatam eſt in quaſi poſſeſ. immunitatis releuetur ab onere probandi: quia licet contradicat illi primæuus ſtatus, non tamen contradicit illi de neceſsitate præciſa.

Vel aliter poteſt reſponderi, quod fundamentum iſtud Bart.glo. & docto. in l. ſi prius. & gloſ.in d.§. ſed ſi quæratur, procedat in caſu quo loquitur d.glo.ſcilicet, in quaſi poſſeſſ. cui contradicit primæuus ſtatus rei, vt eſt in ſeruitutibus realibus,vel mixtis, in quibus nimirum ſi talis quaſi poſſeſſ. non releuet,quia ſtatus rerum primæuus ſemper fuit,& eſt,quod res eſſent liberæ:& iſte ſtatus nunquam eſt mutatus, nec alteratus, ſed ſemper durat niſi ex facto hominum per contractũ ſubijciantur ſeruituti,quod non eſt in ſtatu perſonarum: quia, vt dixi etiam citra factum hominum ex iuris diſpoſitione poſſunt naſci ſerui,& naſci nobiles, & immunes: & quod iſto caſu quaſi poſſ. ſtatus releuet etiam contra petentem ſeruum in proprietate: patet ex glo.in d.l.circa,& in dict.l.liberis.§.fina.& in l.prima.§.per ſeruum. ff.de acquirend.poſſ. ad id ſaltem, vt non probante actore abſoluatur, & pronuntietur ſeruum illius non videri.vt in d.l.diui fratres.§.fina.ff. de li-
12 be.cauſ.& ſic ſit dare differentiam inter quaſi poſſ. rerum & perſonarum ſicut dantur aliæ multæ:& iſta fuit opinio Dini & aliorum. vt refert Bart. in d.l.ſi prius.10.col.& glo.in d.l.circa, & pro ea conſidero, quod ſecundum magis communem opini. Cano. quam legiſtæ fatentur obſeruari, in iuribus & obligationibus mere perſonalibus,& perſonaliſsimis, vt ſunt annuæ præſtationes dantur à iure remedia poſſ.vt in c.querelam,& ſupra latè dixi, etiam ſi contradicat ius primæuum, & originale, mediante quo nemo præſumitur obligatus,niſi probetur:ergo eodem modo in noſtro caſu,imo à fortiori cũ in dictis iuribus quaſi poſſ.releuet pretendentem obligationem, & agatur de perſona obliganda,et hic de perſona eximenda ab obligatione & onere tributorũ. Poſſet etiam dici,quod doctrina Bart. & ſequacium non ſit vſquequaq; vera: ſed, quod indiſtinctè quaſi poſſ. etiã in ſeruitutibus realibus acquirendis re-
13 leuet ab onere probãdi, quantumcũque contradicat primæuus ſtatus rei, quod oſtenditur efficaci fundamẽto: ſi enim illa quaſi poſſ. non releuaret, & cõſideraretur,ſequeretur, quòd ſer

uitutes

uitutes non poſſent præſcribi, cum ſine poſſ. non detur præſcriptio, & tamen hoc eſt contra iuris principia: ergo talis quaſi poſſ. quantũcunque cõtradicat primæuo ſtatui, conſiderabilis eſt ad omnes effectus poſſeſ. & per conſequens debet releuare ab onere probãdi. Eo enim ipſo, quod in his ſeruitutibus realibus & mixtis dantur remedia poſſ. & etiam in iuribus perſonalibus, vt dictum eſt, quaſi poſſ. debet releuare: & per has rationes reſpõdetur ad primum fundamentum pro prima parte adductum, maximè quãdo agitur poſſeſſorio iudicio, vt hic: quo caſu (etiam ſi ius commune contradicat) releuat ſecũdum illam famoſam opinionem Paul. de Caſt. in d. l. ſi cuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. vend. iunctis his, quæ ſupra in illius confirmationem dixi numero quarto.

Ad ſecundum vero poteſt reſponderi, quod illa doctrina Bal. in d. l. titia, cum aliĳs per quã dicit, quod quando quaſi poſſ. eſt talis, quæ non poteſt haberi ſine priuilegio non releuat, nõ obeſt noſtræ concluſioni: quia in caſu (de quo agimus) bene poteſt haberi quaſi poſſ. immunitatis & nobilitatis ſine priuilegio: quando iſte particularis, qui eſt in ea, prætendit eſſe nobilem genere, y venir de ſolar conocido y lo probo aſsi, en el juyzio de la poſſeſsion.

Vel quod illa doctrina ſit vera, præterquam quando illa quaſi poſſeſſ. eſt roborata, & iuſtificata per ſentẽtiam, vt hic: quo caſu videtur purgata illa contradictio, quę oriebatur ex iure cõmuni, vt ſupra dixi. Et eodem modo reſpon. ad tertium fundamentum.

Ad quartum vero dũ dicitur, quod iſta pragmatica videtur imponere pa-
14 riformiter onus probandi particulari tam in poſſeſſ. quam in proprietate taliter, quod ſi non probauerit ad vnguem id, quod in ea continetur, non poſsit obtinere: quia reſpõdeo, quod illud eſt verum, quando ipſe agit: nõ vero quando conuenitur in petitorio, poſtquam habet rem iudicatam pro ſe in poſſeſ. quo caſu eadem pragmatica, videtur expreſſe imponere onus probandi Fiſcali & communitatibus ex eo, quod illis ſolis reſeruat ius proprietatis, dum dicit, quedando toda via a ſaluo el derecho de la propriedad a nueſtro procurador Fiſcal, & al dicho concejo: & ex his videtur, quòd iſta quæſtio ſit aliquatenus examinata, & concluſiones in ea poſitæ comprobatæ.

Vnum tamen eſt, quod in hac vltima concluſione facit me dubitare, ſcilicet, quod cum dicta pragmatica expreſſè diſponat id, quod ex parte particularis debet probari ad obtinendũ in proprietate, videtur, quod etiam ſi habeat rem iudi. in poſſ. nõ poſsit obtinere in petitorio, ex eo ſolo, quod in nouo iudicio nõ probetur contra eũ: ſi ipſe non probat, quod diſpoſitum eſt. Qua ratione iuſtiorem credo, & æquiorem aliam opinionem. ſ. vt abſoluatur tantum modo à petitione, & iudicio proprietatis, quia non liquet illum tributum debere, vt ſupra dictum eſt, & iſta opinio tunc maximè

proce-



procederet quãdo ex parte Fiſcalis & communitatis probaretur aliquid in iudicio petitorio: non vero tantum, quòd ſufficeret ad pronuntiandum contra particularem.

Vnum tamen credere eſſe maximè
15 conſiderandum. ſ. qualitatem & alias circunſtantias litigantis, & probationis ipſius, quæ in his cauſis magis quã in aliĳs debent mouere animum iudicum, vt omnibus grauiter penſatis, quod ſit magis iuſtitiæ, & veritati proximum, ſequantur. Cum in his cauſis bona pars probationis cõſiſtat in qualitate perſonarum, & circũſtantiĳs cauſæ & proceſſus: facilius enim inclinabunt ſe iudices ad partem particularis, quando ipſe & pater & auus vixerunt in habitu, & figura nobilium: & nituntur claris agnatis, & ſtirpe antiqua, & origine non ſuſpecta, como ſi deſcienden de montañas y han biuido en habito y officios nobles, como eſcuderos, o caualleros: y prueuan tener parientes nobles y buen nombre, y appellido, ſepulchros antiguos, o capillas, o enterramientos ſeñalados, armas y blaſones: auer ſeruido a los Reyes en guerras, y officios nobles de ſu caſa, auer tenido tenencias de fortalezas, capitanias, y otras ſemejantes circunſtancias y qualidades, que dan raſtro y argumento de nobleza. Y por el contrario difficultoſamente ſe inclinaran a declarar por noble en propriedad a vno, que aunque prueue poſſeſſion de no auer pechado, no prueua otros indicios de nobleza ni deſcendencia de ſolar, ni appellido noble, ni parientes nobles: eſpecialmente ſi parece que el: o ſu padre: o abuelo han biuido en pueblos ſoſpechoſos y no limpios y han tenido officios baxos y contrarios de hidalguia, como ſon Arrendadores, o Mercaderes, y otros que pone la ley nona, en el titulo de los caualleros libro. 4. ordina. que ſon Saſtres, Pelleſeros, Carpinteros, Pedreros: Terreros: Tundidores: Barberos: Eſpecieros: Regatones: çapateros. &c. quæ omnia officia ſicut officiunt militibus armatæ militiæ, vt non gaudeant nobilitate ipſius: vt in dicta. l. 9. dicitur: ita videntur officere generis nobilitati, imo fortius, cum ipſa ſanguinis nobilitas nobilior & ſubtilior ſit nobilitate per priuilegium acquiſita, & per conſequẽs facilius officiatur. Cùm facilius corrumpatur quod ſubtilius eſt teſte philoſopho. Verum tamen eſt, quòd duo ex illis officĳs, quę enumerantur. per d. l. 9. ſ. Carpintero: y Cantero, non videntur officere generis nobilitati: quia ad plurimum: los deſtos dos officios ſuelen ſer de montañas: o Vizcaya y hidalgos: & ita complures ex his duobus officĳs obtinent in his cauſis nobilitatis, y lleuan executorias de hidalguias, nec id videtur omnino extra iuris rationem, cum hæc officia quodammodo ſint liberalia, & nõ omnino vilia, vt curioſe pònit Caſſanæus in Catalo. 10. parte in pen. conſid. ideo de iure laudantur, & ex his excuſantur à muneribus perſonalibus, vt in l. 1. & 2. C. de excu. artifi. & in l. maximorum, & in l. ſecunda, vbi Platea, & Lucas de pẽna.

C. de

C.de excu.mune. lib.10. Itaque qua-
litas,& conditio & figura perſonarũ
maximè conſideranda eſt à iudicibus
in harum cauſarum deciſione.

*SVMMARIVM*
*ex capite ſequenti.*

1 *Inſtantia litis in his nobilitatis ſeu immuni-
tatis cauſis an tranſeat in filios vel nepotes
lite conteſtata cum patre, vel auo?*
2 *Quando ius, de quo agitur, non eſt tranſmiſſi
bile ad quemlibet hæredem, non tranſit in-
ſtantia litis.*
3 *In his cauſis inſtantia tranſit in filios, & ne-
potes.*
4 *In cauſis ſtatus inſtantia tranſit in filios, &
deſcendentes.*
5 *In his quæ tranſeunt ad filios, vt filios, inſtan
tia tranſit in eos.*
6 *Quando ius, de quo agitur, eſt reale ſemper in
ſtantia tranſit ad hæredes, & filios.*
7 *Quando cauſa, de qua agitur, eſt præiudicialis,
ſemper inſtantia tranſit.*
8 *Quanda intereſt alicui tertio, etiam poſt mor-
tem litigantis tranſit inſtantia.*
9 *Quando ſententia facit ius inter omnes, ſem-
per inſtantia tranſit.*

## An in his immunitatis cauſis inſtantia patris, vel aui tranſeat ad filios, vel nepotes?

*CAP. VI.*

1 SED in hac mate-
ria examinanda eſt
quæſtio frequens &
difficilis.ſ. an inſtan-
tia patris, vel aui tran
ſeat & continuetur in filium, vel ne-
potem? & videtur, quòd non ex eo,
quòd quando cauſa de qua agitur,
non eſt tranſmiſsibilis ad quemlibet
hæredem vniuerſalem, non tranſit in-
ſtantia: ſed ius iſtud nobilitatis nõ eſt
trãſmiſsibile ad quemlibet hæredem,
ſed tantum ad filios legitimos & na-
turales, ergo: conſequentia eſt bona,
minor etiam patet: antecedẽs pro ma
2 iori probatur ex.l.ſi operarum iudicio
ff. de operis liber. per quem textum
poſuerunt iſtam regulam Ioann. de
Imo. & Alexan. qui eum refert in l.ſi
hominem.ff. de fideiuſſo. in additio.
ad Barto.
Item pro eadem parte facit, quia iſta
cauſa eſt cauſa ſtatus, & mere perſona
lis, & videtur, quòd poſt mortem pa-
tris expiret, & per conſequens nõ poſ
ſit de ea tractari poſt ipſius mortem.
vt in titulo. C.ne de ſtat.defunct.
Item facit, quia ſententia, per quam
pater declararetur ignobilis & obliga
tus ad tributa, nõ omnino videtur
præiudicare filio ſicut non præiudicat
ſententia, qua mater pronuntiatur ſer
ua.vt in l. ad probationem la ſegũda.
C.de proba.glo.in l.ſi vſum fructũ.§.
fi.ff.de liber. cauſ.
Item pro eadem parte videtur face-
re.l.fi.C.de aſſerti.tollen.vbi ſi pendẽ
te lite ſuper libertate, perſona moria-
tur, extinguitur omnino iudicium: er
go, his rationibus videtur, quod mor
tuo patre lite pendente extinguatur
iudicium taliter, quod inſtantia non
tranſeat ad filios.
Item, quia cauſa patris non videtur
præiudicialis cauſæ filiorum, nec in
ferre



ferre neceſſario præiudicium, quia ſæ-
pe videmus, que el padre es pronun-
ciado por pechero, y el hijo por hidal
go, y al contrario, ergo cum cauſæ, nõ
ſe contingant neceſſario, nec inferant
ſibi præiudicium, non debet inſtantia
vnius.i.patris, tranſire, aut continuari
in filium.
3 Sed his rationibus non obſtanti-
bus teneo, quod verior ſit opinio con
traria, imo quod inſtantia patris tran-
ſeat & continuetur in filios, & nepo-
tes, quod fundatur ſequẽtibus: primo
ex regula ordinaria. l.ſi eum hominẽ.
ff.de fideiuſſ.& in l.ſeruus. ff. de his,
qui notã.infam. vbi generaliter diſpo
nitur, quod inſtantia tranſeat in hære-
des, & ſucceſſores: quod latius proſe-
quitur Bart. in d.l.ſi eum. & Decius,
& moder.in c.quia.5. de iudicijs.
Secundo videtur textus expreſſus
in d.l.ſi vſumfructum.§.fina. ff.de li-
ber.cauſ.vbi notabiliter dicitur, quod
ſi mater, & filius de libertate agãt, aut
coniungenda ſunt ambo iudicia, aut
differenda eſt cauſa filij, donec cõſtet
de ſtatu matris. Sumendo igitur argu
mentum de cauſa libertatis matris, in
qua filius ſequitur ventrem, vt notiſ-
4 ſimũ eſt, ad cauſam nobilitatis, in qua
ſequitur patrem, dicendum eſt, quod
ſicut ibi differt cauſa filij, donec con-
ſtet de ſtatu matris, aut coniungantur
iudicia, ſic differatur cauſa filiorum,
aut coniungatur cum cauſa patris, nec
hoc fundamentum excluditur ex eo,
quod dicatur, quod ille textus non lo
quitur de tranſlatione inſtantiæ, ſed
tantum de cumulatione iudiciorum,
quia reſpon. quod vbicunque habet
locum cumulatio iudiciorum pro-
pter contingentiam & præiudicium
cauſarum, ibi etiam habet locum tran
ſlatio inſtantiæ ſecũdum Doctores in
dict.l.ſi eum hominem. & in c.quia.
5.de iudi.maximè, quia vltra illum te
xtum eſt textus expreſſus in lege prin
cipaliter, la primera. & in lege fina.C.
de libera.cauſ.vbi diſponitur, quod ſi
pendente lite ſtatus cum defuncto na
ſcantur filij, quibus etiam mouetur,
quæſtio inſtãtia & cauſa matris, & pa
rentum iam defunctorum continua-
tur, & proſequitur ad deciſionem cau
ſæ filiorum, quia ius eorum pendet
ex iure parentum.
5 Item facit textus in l. ſi operarum
in ſecundo reſpon. ff. de operis liber.
vbi ſingulariter dicitur, quod in his,
quæ tranſeunt ad filios, vt filios, inſtã
tia parentum ſemper trãſit in eos, ſed
ius nobilitatis & cauſa immunitatis,
vt notum eſt tranſit ad filios, & nepo
tes, vt liberis et deſcendentibus: ergo,
& illum textum commendauit Pau.
de Caſt.in dict.l.ſi eum hominem &
per hoc reſpondetur ad fundamentũ
ſumptum ex eadem.l.
Facit vlterius textus qui iudicio
meo nõ poteſt cauillari in l. quamuis.
C.ne de ſtat.defunct.vbi textus dicit,
quòd cauſa ſtatus durat, & inſtantia
continuatur quando ex iure defuncti
dependet ius ſucceſſorũ, verba textus
ſunt. Quamuis defunctus ſit maritus
quondã tuus, cui ſtatus quæſtio infe-
rebatur, cauſa tamen, etiam poſt obi-
tum eius propter ſucceſsionis emolu

mentum durat.&c.Cum ergo in no-
ſtro caſu ex iure parentum deriuetur
& dependeat ius filiorum & nepotũ,
vt dictum eſt.&c.ſequitur, quod in-
ſtantia debeat durare.

6 Præterea facit talis ratio, quando
obligatio,vel ius de quo agebatur cũ
defuncto eſt Realis, ſemper inſtantia
tranſit vt tenẽt Doctores in d. l. ſi eũ,
& in d.c.quia. 5. maximè Philippus
Decius, ſed obligatio qua quis tene-
tur ad tributa, eſt munus quòd debe-
tur à perſona propter rem, & ipſę res
ſunt obligatæ, ex obligatione legali,
vt ſupra in prima parte dictum eſt:er-
go inſtantia debet tranſire in filios.

Inſuper etiam facit alia fortior ratio,
iſta cauſa nobilitatis paternæ, eſt præ-
7 iudicialis ad cauſam filiorum,vt patet
cum nobilitas eorum debeat deriuari
& deſcendere à nobilitate paterna, vt
dictum eſt, & in ſpecie tenuit Ioann.
Fabr.in.§.præiudicialis inſtit. de actio
nibus.ſed vbicunq; vna cauſa eſt præ
iudicialis ad aliam,ibi tranſit inſtantia
vt per doctores in d.l.ſi cum hominẽ.
& in d.cap. quia. 5.

8 Item facit doctrina ſingularis Bald.
in.d.l.principaliter, la primera, vbi di
cit,quod quando intereſt alicui tertio
etiam poſt mortem illius qui litiga-
bat ſuper ſtatum, poteſt tractari de iu
re ipſius, & tranſit inſtantia & iudi-
cium ad hæredẽ.Ex quo infert, quod
ſi duo litigabant de præbenda, mor-
tuo vno ſententia ferenda eſt. vt in c.
ſecundo, vt lite pend. libro ſexto. &
in cap. ex parte de arbit.l. ſi homo. ff.
de re iudic. ſed in his cauſis mortuo
patre intereſt Fiſco & communitati-
bus,quod iudicium, & inſtantia con-
tinuetur,ergo.

Facit etiam, quod dicit Bald.in l.
ſecunda.C.quibus res iudi. & Alexã.
qui ſequitur in l. ſæpenumero. 69. &
nume.62. de re iudi. quod vbi fertur
ſententia ſuper ſtatu alicuius vel qua-
litate ſtatus afficiente ipſum ſtatum
ſententia facit ius inter omnes: ideo ſi
pronuntietur quis aſcriptitius, vel ori
ginarius, vel tributarius, vel clericus,
9 talis ſententia facit ius inter omnes,&
& in talibus cauſis ſemper tranſit in-
ſtantia:ſed ſic eſt in his cauſis nobilita
tis:quia agitur de ſtatu perſonæ vel ſal
tem de qualitate afficiente ſtatum, co
mo es ſer hiſo dalgo:o pechero: ergo
talis ſententia facit ius, & per conſe-
quens inſtantia tranſit maximè: quia
cum per diſpoſitionem pragmatica-
rum ſea meneſter para poſſeſsion: o
propriedad probar de padre y abue-
lo,es impoſsible,quod hoc poſsit pro
bari ſufficienter ſine eo, quod conti-
nuetur inſtantia.

Et vltra omnes iſtas rationes & fun
damenta facit, quia crebrior opinio,
& magis recepta in practica & com-
muni ſtylo huius noſtræ Chancella-
riæ eſt, quod inſtantia continuetur,
quæ vltra eius authoritatẽ (quæ ſola
ſufficiebat)non deuiat à veritate iuris,
vt ex ſupra dictis patet: quibus non
obſtãt rationes pro prima parte addu
ctæ,nam ex his videtur illis omnibus
ſatisfactum.

Et ex hoc patet, quod licet filius,
qui habet bona de per ſe poſsit incipe-
re hoc





re hoc iudicium nobilitatis ex perſo-
na ſua (quod ſibi erit vtilius propter
faciliorem probationem) tamen ſi iu-
dicium fuerit ceptum cum patre vel
auo, & lite pendente moriantur neceſ
ſario filij actores,vel rei debent conti-
nuare inſtantiam patris,vel aui,vt quo
tidie fit.

*SVMMARIVM*
*ex capite ſequenti.*

1 *An ducẽs originem ex parentibus Iudæis vel Conuerſis, vel Sarracenis poßit obtinere in iure nobilitatis, & immunitatis probando id, quod per leges, & pragmaticas eſt diſpoſitum.*
2 *Vbi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.*
3 *De iure canonico & communi Iudæi vel conuerſi non excluduntur à iuris diſpoſitione, nec ab officijs & beneficijs.*
4 *De iure diuino non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci,nec originis perſonarum.*
5 *De iure regni Conuerſi admitti debent ad officia & honores, ſicut cæteri.*
6 *Gentiles, ex quibus deriuata eſt nobilitas, extra fidem fuerunt ſicut iudæi,& tamẽ gaudent nobilitate.*
7 *Deus & lex non eſt perſonarum acceptor.*
8 *Neophyti gaudent iuris honoribus.*
9 *Oĩs Chriſti actio debet eſſe noſtra inſtructio.*
10 *Multi ex iudæis & Conuerſis adepti ſunt dignitates Epiſcopatus,& Apoſtolicam ſedẽ.*
11 *Inter iudæos, & cæteras nationes diſtincti ſunt nobiles ab ignobilibus.*
12 *Inter eiuſdem ſectæ & fidei gẽtes nõ videtur facienda diſtinctio perſonarũ & parentũ.*
13 *Reges Hiſpaniæ aliquando conceſſerunt, & nonnunquam conferunt talibus Conuerſis officia,& inſignia militum, & priuilegia nobilitatis.*
14 *De nonnullis nobilibus, & de illuſtribus Hiſpaniæ eſt vehemens opinio, quod ducant aliquam ſuæ originis partem de genere iudæorum vel Conuerſorum.*
15 *Poßibile eſt iudæum vel Conuerſum meruiſſe & obtinuiſſe priuilegia nobilitatis, & habere ſolarium antiquum & notum.*
16 *Tales Conuerſi vel deſcendentes ex illis ſemper ſuccumbunt in his cauſis tam in proprietate,quam in poſſ.quia non poſſunt habere titulum.imo ineſt notorius tituli defectus.*
17 *Per crimen læſæ maieſtatis perditur nobilitas in omnes ſucceſſores.*
18 *Iudæi commiſerunt crimen proditionis,& læſæ maieſtatis diuinæ.*
19 *Ius nobilitatis Hiſpaniæ nõ poteſt natura ſua his competere*
20 *Conuerſis non inſunt qualitates nobiliũ imo contrariæ.*
21 *Ex mente l. diſtingui poteſt eius diſpoſitio.*
22 *In ſpiritualibus non eſt diſtinctio iudæi, & Græci nec perſonarum,& generis, in temporalibus vero & in rei publicæ ſtatu & ordine eſt diſtinctio graduũ & perſonarum.*
23 *Lex parti.admittit Conuerſos ad honores, & officia, quæ generaliter competunt Chriſtianis:non vero ad ea,quæ peculiariter competunt nobilibus.*
24 *Iudices cauſarum nobilitatis debent eſſe nobiles & officiales regiæ domus.*
25 *Ex falſa relatione, vel ex magna,& neceſſaria cauſa nonnunquam Conuerſi admißi ſunt à regibus ad officia,& dignitates.*
26 *Sanctè & iuſtè tales excluduntur à collegijs & dignitatibus cathedralium eccleſiarum.*
27 *Ducẽtes originem ex Sarracenis non ſunt ita odioſi ſicut Conuerſi.*
28 *Ex linea materna non obeſt deſcendẽtibus, in cauſis nobilitatis labes iudaiſmi.*

An ducens originem ex parentibus Iudęis, vel Cõuerſis, vel Sarracenis poſsit obtinere in iure nobilitatis, & immunitatis probãdo id, quod per.ll.& pragmaticas eſt diſpoſitum?

CAP. VII.

VLTERIVS
1 & valde principaliter quæro de alia quæſtione valde quotidiana, & neceſſaria in iſta materia, ſcilicet, an dato quod particularis probet ſufficienter de ſe & patre & auo id, quod neceſſarium eſt per leges & pragmaticas, vt ſupra dictum eſt, ad obtinendum in propri. vel poſſeſſ. an ſi ex parte Fiſci, & communitatis probetur eum ducere originem ex Iudæorum, vel Sarracenorum prole, an propter hoc excludatur à iure nobilitatis, quod prætendit: & omiſsis rationibus, quæ in fauorem iſtorum adducit Montal. in l. ſecunda titulo tertio libro quarto, foro. ll. pro parte ipſorum & particularis videtur, quod hoc non obſtante, ſi ipſe probat id, quod per pragmaticas diſpoſitum eſt, debeat obtinere, quia dictę
2 ll. & pragmaticæ non excludunt iſtos nec requirunt iſtam qualitatem, nec diſtinguunt: ergo non eſt diſtinguendum: vt in vulgata lege. de precio. ff. de publici.

Item, quia de iure communi nō eſt
3 iſta qualitas, propter quam quis excludatur ab honoribus, & dignitatibus officijs, vel beneficijs, vt in capit. eam te. extra de reſcript. vbi textus in fine dicit, Pro eo vero, quod Iudęus extiterit, ipſum dedignari nō debes, & ibi Felinus, & Ripa. numero. 30. plura adducunt.

Item, quia nec de iure diuino exclu-
4 duntur. quinimo lege Euangelica, nō eſt diſtinctio Iudæi & Græci, vt inquit Apoſtolus ad Roma. 10. quinimo idem dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum, vt ibi dicitur.

5 Item, quia per iura huius regni non ſolum non excluduntur, ſed expreſſe admittuntur ad honores & officia, ſicut cæteri omnes, vt expreſſe diſponitur in l. ſexta titulo. 24. part. 7. in fine illius legis, cuius verba.

Otroſi mādamos, que deſpues que algunos Iudios ſe tornaren Chriſtianos, que todos los de nueſtros ſeñorios los honrren, y ninguno ſea oſado de retraher a ellos, ni a ſu linaje: ſequitur in fine: y que puedan auer todos los officios y honrras que han todos los otros Chriſtianos: & in eorum fauorem diſponit etiam. l. 21. titulo. 3. libro octauo ordi. & in l. 9. titu. 1. libro primo ordina.

6 Item videtur, quod poſtquam eorum patres, vel aui ſunt recepti in numero fidelium ex longis retro temporibus probata eorum quaſi poſſeſsione, ſecundum formam pragmaticarum: vel nobilitate parentum (qui a forte fuerunt inter Iudæos, vel Sarracenos clari, vel illuſtres, vel nobiles) debeant gaudere ſua nobilitate, & quaſi poſſeſsione immunitatis cum à principio Gentiles, ex quibus antiquior, & clarior nobilitas in orbe deriuata eſt, maximè in noſtra Hiſpania, & in Gallia, Italia, & Germania, extra fidē fuerunt, & poſtea conuerſi diuina vocatione, ſed Deus omnes æqualiter





vocauit, & redemit: imo ipſe dixit, nō ſum miſſus niſi ad oues Iſrael. &c. er-
7 go tales nō minus quā Gētiles admittendi, & honorandi ſunt: quia Deus nec lex non eſt acceptor perſonarum, maximè cum etiam ipſi Neophiti. i. re-
8 center conuerſi & baptizati ad omnes iuris honores admittantur, vt in capit. Neophitus. 71. diſtinct. cum alijs: & per Ripam in di. c. eam te. nu. 30. cum ſequentibus.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod ex eo, quod ipſi negauerunt Chriſtum dominum noſtrum eſſe verum Deum, & Meſsiam promiſſum, non ſunt digni, vt gaudeant aliquo honore & nobilitate, etiam ſi ſint conuerſi, quia etiā Petrus Apoſtolorum princeps negauit Dominum, quem confeſſus ante fuerat & conuerſatus: tamen quia conuerſus fuit, & pœnitentiam egit fidelior factus eſt, & à domino conſtitutus paſtor & caput eccleſiæ, & ſupremo honore & dignitate decoratus. ergo etiam ſi iudæi & Sarraceni nouiter conuerſi non receperunt Chriſtum Deum dominum noſtrum Ieſum, poſtquam iam ſunt conuerſi nō ſunt repellendi, ſed admittendi, vt petrus,
9 cum omnis Chriſti actio debeat eſſe noſtra inſtructio. vt in cap. ſignificaſti de homicidio. et in l. & hoc Tiberius. ff. de hære. inſti.

Item videmus, quod multi ex hoc
10 genere propter eorum eximiam virtutem, ſcientiam, & merita ſunt adepti dignitates ſupremas, ſcilicet, Papatū, & Epiſcopatus, vt fuit Euariſtus Papa, qui fuit ex patre Iudæo, de quo habetur in capitulo primo, & in cap. ſi qui ſunt, & in capitulo nonnulli, ſecunda quæſtione. 7. & Iulianus Pometius aſſumptus fuit in Archiepiſcopum, & paucis retro temporibus à Regibus noſtræ Hiſpaniæ nonnulli ſunt in Epiſcopos electi, vt per Chronicas patet.

11 Item bene poteſt aliquis eſſe nobilis etiam ſi ducat originem ex Iudæis, vel Sarracenis: cum apud omniū nationum gentes ſit diſtinctus & ſeparatus ſtatus nobilium & plebeiorum: vt ponit Ariſt. in Poli. & Plutarchus in vita Theſei, & Romuli, & ſupra dictum eſt.

12 Item quia videtur, quod nulla ſit facienda diſtinctio generis, nec originis inter eiuſdem fidei & regni perſonas, maximè cum omnium vnus idem ſit pater & dominus, ad quem quotidie preces noſtras dirigimus, dicendo: Pater noſter, qui es in cœlis. &c. Et in hac materia & propoſito adducit hāc cōſiderationem Boetius lib. 3. conſola. & Lucas de penna. in l. mulieres. C. de incolis, lib. 10. licet non omnia eius dicta referat. prout fecit Iodocus in tracta. nobili. c. 5. & ita inquit.

*Oē hominū genus in terris ſimili ſurgit ab ortu:*
*Vnus enim pater eſt, vnus cuncta miniſtrans.*
*Ille dedit Phœbo radios: dedit & cornua Lunæ.*
*Ille homines etiam terris dedit, & ſydera cœlo.*
*Hic clauſit membris animos celſa ſede petitos.*
*Mortales igitur cunctos edit nobile germen.*

Et rurſus idem Boetius.

*Quid genꝰ et proauos ſtrepitis, ſi primordia vrā,*
*Autoremq; Deū ſpectes nullus degener extat.*
*Ni vitijs peiora fouens proprium deſerat ortum.*

13 Et ſi ad temporalem, & corporalē

patrem reſpiciamus, omnes ab Adã primo parente originem ducimus: itaque ex ſpiritu & carne omnes vnum eundem habemus patrem Deum, ſcilicet, & Adam: vnde Salomon generis differentiam inter alias vanitates decantando idem omnibus mortalibus eſſe natiuitatis exordium atteſtatur, & de ſe ipſo cum eſſet Rex potentiſsimus & nobiliſsimus dicit Sapiẽ. 7. Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus: & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt, & in vẽtre matris figuratus ſum. Caro decẽ menſium tempore coagulatus ſum: in ſanguine, & ſemine hominis & delectamento ſomni conueniente: & ego natus accepi communem aërem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans: in inuolumentis nutritus ſum & magnis curis. Et tandem concludit, nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium: vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitã & ſimilis exitus: ergo cum nec ſecundũ carnem, nec ſecundum ſpiritum ſit diuerſum genus & origo iſtorum Neophitorum, vel nouiter Conuerſorum à Gentilibus, & antiquis Chriſtianis, videtur quod ſine aliqua generis diſtinctione omnes æqualiter admitti debeant ad ius nobilitatis & immunitatis Hiſpaniæ, & obtinere debeant probando id, quod per. ll. & pragmaticas regni diſpoſitum eſt:

Item videmus quod principes noſtræ Hiſpaniæ aliquando (imo ſæpè) largiuntur & concedunt his nouiter Conuerſis, vel deſcendentibus ex eis officia honorabilia & dignitates & inſignia militum & nobiliũ: como ſon encomiendas de Santiago Calatraua y Alcantara, y officios preheminentes en ſus caſas, y en ſus Reynos: imo priuilegia ipſius nobilitatis, vt ego non pauca vidi. ergo ſi ſunt capaces ex Principum & Regum conceſsione, & largitione honorum, & dignitatũ, y de la meſma hidalguia que ſe les da por priuilegios: dicendum eſt, eos fore etiam capaces nobilitatis naturalis, vel acquiſitæ ex legum & pragmaticarum diſpoſitione: quia ſi naturaliter eſſent incapaces illius, non poſſent illam capere ex priuilegio, quia per priuilegiũ non poteſt ſuppleri defectus naturalis. vt in l. fina. & ibi Docto. C. de milita. teſta. priuilegium enim, vt ars, ſequitur & imitatur naturam. vt in. §. minorem inſti. de adopti. Si ergo ipſi ſunt naturaliter capaces ipſius nobilitatis, & poſſunt eam conſequi à Principe, poterunt & à lege & ſtatuto: maximè ſi conſideremus omnẽ nobilitatem à Principe emanare, vt infra ſuo loco dicemus.

14 Item inter nobiles, & illuſtres noſtræ Hiſpaniæ ſunt nonnulli de quibus conſtat, vel ſaltem eſt vehemens opinio, quod per lineam virilem parentum habeant non nihil deriuatum à Iudæorum & Sarracenorum genere: & tamen eorum deſcendentes nõ ſolum habentur nobiles, verum clariſsimi, & illuſtres, ergo idem de cæteris inferioris claſsis hominibus dicendum eſt.





15 Pręterea poſsibile eſt, quod Maurus vel Iudæus aliquis fecerit tam heroica facta in Regum, & regni ſeruitio, & defenſione, propter quæ nobilitatis honorem & priuilegia meruerit, & conſequutus fuerit, quod vtiq; in ſucceſſores ſit deriuatum, ergo: y aun ſeria poſsible que algunos ſolares o alguno de los antiguos y conocidos de Eſpaña vengan deſtos: ergo his omnibus rationibus videtur dicendũ, quod tales perſonæ deſcendentes ex talibus probando id quod per leges, & pragmaticas diſpoſitum eſt, poſſint obtinere in iure nobilitatis & immunitatis tam in poſſeſ. quam in pro

15 prietate maxime, quia nulli dubium niſi quòd Princeps noſter et quilibet in ſuo regno poſſet vnum ex his nobilitare per priuilegium, ergo cũ perſona illorum ſit capax huius qualitatis quando illis concederetur à Principe qui eſt l. viua, eadem ratione erit capax diſpoſitionis inductæ per eius leges & pragmaticas. Faciũt etiam in hanc partem alię plures Theologales & morales, & iuris rationes quas in horum fauorẽ adducit dict⁹ Doctor Montal. in dict. l. 2. titu. 3. libr. 4. quas non curo referre.

16 Sed his omnibus non obſtantibus fere ſemper poſtquam in Fiſcali officio & ſenatorio Cæſari noſtro deſeruio in hac ſuprema Granatenſi Cancellaria vidi huiuſmodi perſonas excludi à iure nobilitatis, y pronunciarlos por pecheros, quantuncunq; ipſi probauerint longęuam immunitatis quaſi poſſeſ. & indicia plura antiquæ nobilitatis, quòd certe etiã ſi quodãmodo videatur rigoroſum nõ eſt pręter iuris rationem & æquitatem: quãdoquidem non bene cõueniunt, nec in vna ſede morantur iſtę duæ qualitates, imo quaſi cõtrariæ & repugnãtes non poſſunt cadere in vno ſubiecto, vel perſona, vt ex vna eadẽ parte, hiſo dalgo y confeſſo, quia impoſsibile videt, quod iſti tales poſsint probare titulum verum nobilitatis ex genere, vel ſanguine, quia eorum prædeceſſores ſemper & ab initio fuerunt, infecti, & exoſi Regibus, & gentibus noſtræ Hiſpaniæ, vſque adeo, vt fuerint non ſemel à regno expulſi, & aduerſum eos fuerit inſtitutum inquiſitionis ſanctum officium ad expurgãdas reliquias eorũ, qui occulte Iudaizauerint. Cum ergo non poſsint probare titulum, ſequitur, quod non poſſunt declarari, por hiſos dalgo en propriedad, etiam ſi plenè probent quaſi poſſeſ. & eadem ratione cum illis obſtet notorius defectus tituli et proprietatis non poſſunt obtinere in poſſeſ. ſiue agant interdicto retinendæ, ſiue recuperandæ ſecundum nota. in l. ſi de vi. ff. de iudi. & in. §. nihil commune l. naturaliter. ff. de acquiren. poſſ. & in cæ. ad decimas de reſtitu. ſpolia. & in l. fina. C. de edic. diui. Adria. tol. & in lege ſi quis ad fundum. C. ad legem Iul. de vi. pub. & in alijs locis ordinarijs.

17 Præterea certum eſt, quod per crimen lęſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ perditur quælibet nobilitas & dignitas, & inficitur ſanguis prodito

ris taliter, quod filij, nepotes, & deſcẽdentes (quaſi geniti ex ſanguine infecto) priuantur & excluduntur ab honoribus & officijs & dignitatibus, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. maxime in. §. filijs: cuius verba, infamia eos paterna ſemper comitetur: ad nullos prorſus honores, ad nulla ſacramenta perueniant. &c. facit tex. in cap. ſi quis cum militibus. 6. quæſti. prima. & in cap. vergentis. & in capi. ſtatutum de hære. & in l. ſecunda titu. ſecund. par ti. 7. & in l. prima & ſecunda, titul. de las trayciones, libr. 8. ordin. Sed iſti cõuerſi, vel eorum parentes cõmiſerunt tale crimẽ in proditione & morte domini noſtri Ieſu Chriſti: quia conuenerunt in vnum aduerſus dominum
18 & aduerſus Chriſtum eius, vt dicitur Pſalm. 2. Ergo nullo modo poſſunt gaudere iure nobilitatis. facit tex. in ca. conſtituit. 17. quæſtione quarta. quem dixit ſingul. ad hanc cõcluſio. Ludoui. Roma. ſingul. 672. & in l. 10. & pen. lib. 12. foro juzgo.

19 Item ius nobilitatis & immunitatis noſtræ Hiſpaniæ (quod appellam⁹ hidalguiam) competit his, qui originem ducunt ex claris & benemeritis apud Principes, & rempublicam parentibus, vt ſupra dictum eſt; & his qui ſanguine ſuo noſtram Hiſpaniã fere pœnitus à Mauris vaſtatam & occupatam recuperauerunt, como fueron los que ſe llaman hijos dalgo notorios de ſolar conocido de deuẽgar quinientos ſueldos, ſegund fuero de Eſpaña. Sed iſti non ſunt tales, ni jamas tuuieron ſolar conoſcido, ni gozaron del fuero y priuilegios de Caſtilla, ni de Eſpaña, quia ſemper fuerunt in Hiſpania aduenę, et proſelyti, fugitiui, infeſti gentibus: maxime nobilibus, & principibus, & reipublicæ præiudiciales: ergo nulla iuris ratione poſſunt, nec debent gaudere nobilitatis iure.

20 Item non conueniunt illis qualitates, nec mores nobilium Hiſpaniæ: porque los hijos dalgo de Eſpaña ſiẽpre han ſeruido y ſiruen en las guerras a los Reyes y al Reyno con ſus perſonas, y hazienda. Iſti nunquam ad bella pergunt, niſi vt medici, vel chirurgi. Item nobiles nunquam, aut raro exercẽt officia vilia & ſordida, per quorum vſum perditur de iure nobilitas, vt in l. maximarum, vbi Platea. C. de excuſat. artifi. libro. 11. Iſti vero fere ſemper, quia ad plurimum ſunt fœneratores publicani, & vectigaliũ conductores & gabellarum, de quibus in Apocalypſi dictũ eſt. Quibus datũ eſt nocere mari & terrę, de quibus etiam præfatur, text. in l. quantæ. ff. de publi. Quantæ temeritatis & audaciæ ſint Publicanorũ factiones nemo eſt, qui neſciat. &c. ſunt etiã pharmacopolę, pigmentarij, mercatores et ſatrapę, & exercent alia ſordida & vilia officia poſita in dict. l. 9. titul. 1. lib. 4. ordin. quibus non conuenit nobilitatis dignitas.

Item los hijos dalgo, omnibus proſunt, omnibus benefaciunt, iſti fere ſemper omnibus nocent, nunquam maleficiunt, niſi cum non poſſunt, vt de ruſticis Italiæ, alias dicit Eraſmus & Ludo



et Ludouicus viues: ſunt enim abominati, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi, vt de illis dicit Apoſtolus ad Titum cap. primo. De quibus meritò conqueritur dominus, dicens Pſalm. 84. quadraginta annis offenſus fui a generatione iſta, &c. et rurſum dicit Regum. 1. cap. 2. Indignat⁹ illis, qui me contemnunt, erunt ignobiles, ſed iſti contempſerunt Deum & Chriſtum eius: ergo non nobiles, ſed ignobiles debent eſſe in ſęculũ ſeculi.

Præterea nobiles noſtræ Hiſpaniæ ad plurimum ſunt fideles ſynceri, humiles, manſueti, ſimplices ſicut columbæ: veri verecundi, liberales, quieti, pacifici, & alijs bonis dotibus naturaliter ornati, vt in finali parte latius dicetur: iſti per contrarium ad plurimum ſunt doloſi, ſuperbi, elati, inſolentes, & vltra modum inanis gloriæ & honoris ambitioſi, rixoſi cauilloſi mendaces procaces, tenaces, auari, & pecuniarum auidiſsimi: De quibus rurſum dicit Apoſtolus vbi ſupra, ſunt enim multi inobedientes vani loqui & ſeductores maxime qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui q̃ vniuerſas domos ſubuertunt docẽtes quę nõ oportet turpis lucri gratia: Sunt etiã adeo ſubtiles, & acuti in omni negotiorum genere, vt de illis vere dici poſsit illud Lucæ Euangel. ca. 19. Filij huius ſæculi prudẽtiores ſunt in generationibus ſuis filijs lucis: hos enim appello filios ſæculi, alios vero, id eſt, a los hijos dalgo appello filios lucis. Sunt etiam callidi, verſuti, loquaces, audaces, & ad omne genus lucri auidiſsimi, et ad plurimum diuites, et auari: qui dum alijs indigent, fingunt ſe humilitate pleni, & loquuntur blãdo, & mellito ſermone, ſed venenũ aſpidum ſub labijs eorum: veniũt enim in veſtimentis ouium, intus autẽ ſũt lupi rapaces, vt de falſis prophetis dicitur: ſed dum illis alij indigent, nullum hominum genus tam ſuperbũ, & inexorabile adeo, vt pro tempore fiant terra, pro tempore cœlum. vt vere illud Ouidij dici poſsit Cũ fortuna ſtatq; caditq; fides. Amicitias nullas habent tam firmas, & antiquas: quas vel minimo pretio, vel intereſſe interueniente non violent, & rumpant. De illis enim proprius quã de Cretẽſibus dicit Apoſtol. vbi ſupra ſemper mendaces malæ beſtię ventres pigri. Tandem eſt generatio praua, & adultera, vt dicitur Deut. 32. in Pſalm. illo Audite cæli, quæ loquor, quæ merito in Pſalmo illo Deus laudem meam. &c. voce ſpiritusſancti execrantur: & in perpetuum ab honoribus excludũtur, quod ſolum ſufficere debet, vt à nobilitatis quoq; honore excludant.

21 Nec obſtant rationes in eorum fauorem adductæ, quia licet. ll. & pragmaticæ in his cauſis loquentes nõ diſtinguant perſonas, nec requirant iſtã qualitatem, tamen ex earum mente, & diſpoſitiõe deducitur ratio diſtinguendi: imo non eſt neceſſaria diſtinctio cum titulus, & qualitates à iure, & à dictis ll. & pragmaticis requiſitis non competant nec poſsint competere illis.

Illud

22 Illud autem, quod dicit Paul. apo
ſtolus, nõ eſt diſtinctio Iudæi, & Grę
ci, intelligitur quo ad animæ ſalutem
& ſpiritualem iuſtitiam: & eodẽ mo-
do intelliguntur cæteræ omnes ratio-
nes Theologales & ſacræ ſcripturæ.
Secus vero quantum ad ſtatum reipu
blicæ tẽporalem, in quo optime cadit
diſtinctio graduum, & perſonarum
quo ad honores & officia, vt dicit te-
xtus. in authẽ. qui. mo. nat. effi. legi. §.
illud verſ. quisquis aũt. col. 5. cuiꝰ ver
ba. Sed nec agricolas aut milites arma
tos, & quod lex caligatos appellat
hoc eſt viliores & obſcuriores, & in
then. quib. mod. natu. effic. ſui. in ver
ſi. natura ad fi. col. 7. ibi quid in his q
fortunæ dignitate vel in mediocri ho
minum ſtatu. &c. quæ iura clare vidẽ
tur diſtinguere perſonarum ſtatus in
repub. vt aliꝫ ſint nobiles, aliꝫ agricolę,
vel mediocris ſtatꝰ, aliꝫ viliores & ob-
ſcuriores, & iſta iura ad hoc citat Paris
de Put. in tract. de re mil. fol. 132. col.
1. nume. 14. y en muchos lugares de-
ſtos reynos ſpecialmente en Naſara, y
en Almagro por coſtumbre imme-
morial y carta executoria, dada en eſta
audiencia, eſta diſtinguido el pueblo
eneſtos tres eſtados. de hidalgos y hõ
bres buenos y ruanos y declarado q̃
en votos y officios, y todas coſas de
hõrra precedan los hiſos dalgo. y lue-
go los buenos hombres labradores,
imo por algũos particulares ſe ha liti-
gado para q̃ les declaren ſer del eſta-
do de los buenos hombres que en ef
fecto es pedir ſer declarados por chri-
ſtianos viejos negando ſer de los Rua
nos q̃ ellos llaman confeſſos. adeo eſt
infeſta & odioſa, hæc conuerſorum
generatio. Nec iſta ſtatꝰ partitio recẽs
& noua cenſeri debet: eſt enim anti-
quiſsima & fere Gotorum tẽpore in-
troducta & vſu obſeruata. como pa
rece por vn fuero antiguo de los de
nueſtra Eſpaña q̃ dize, eſtas palabras.
Entendiendo que enel Reyno ay mu
chos y diuerſos fueros, queriẽdo pro-
ueer de remedio, mãdamos que ſegũ
las tres condiciones de gentes q̃ ſon
en nueſtro Reyno, es aſaber hidalgos
Ruanos y labradores, ſeã ordenados
tres fueros: vno de los hidalgos: otro
de Ruanos y labradores, y que todos
los otros fueros ſeã reduzidos a eſtos,
ſaluãdo acada vno ſus frãquezas y li-
23 bertades. Quod aũt dicit, quod per
leges regni maxime per dictam legẽ
partitæ expreſſe admittuntur ad offi
cia, & honores, intelligendum eſt de
his officiꝫs & honoribus, qui in com
muni, & generaliter poſſunt compe-
tere omnibus Chriſtianis tanquam
Chriſtianis, quorum ipſi non erant
capaces ante baptiſma: ad illa vero, q̃
non generaliter iure chriſtianitatis (vt
ita dicam) omnibus competunt ſed
peculiariter ſolis nobilibus iure nobi
litatis, & generis claritate & antiqui-
tate, non admittit illos illa lex, nec ta-
lis eſt illius intentio: quia eſſet iuri &
rationi contrarium. vt in dicto capit.
conſtituit. 17. quæſt. 4. per quem Lu-
do. Roma. d. ſing. 672. expreſſe dicit,
quod ſicut Iudæus non admittit ad
offi. publ. vt in l. fi. C. de iud. & in l.
generaliter. §. item qui Iudaicã, de de-
curio.



curio. ff. & in. c. cum ſit et cum ſpecia
li. de iud. & in ca. nulla. 54. diſtinc. ita
conuerſus vel neophitus prohibetur,
& idem tenet Archid. in dict. ca. con-
ſtituit. Ioan. de Ana. in dict. c. cum ſit
& ibi Felin. col. 2. in princ. & latius i-
dem Feli. in ca. cũ oporteat de accuſa.
25 Cæterum, quod dicitur, quod Cæ
ſar noſter inuictiſsimus & aliꝫ reges
ſui prædeceſſores cõceſſerunt aliquã-
do his perſonis honores & dignita-
tes, & admiſerunt illos ad officia Im-
perialis domus, & ad ſuprema iuſti-
tiæ tribunalia, id difficile cõcederem
præterquam, ſi quando ex nõ vera re-
latione Cęſar noſter decipiatur, quod
claue errante (vt dicitur) raro factum
eſt: & eo caſu, qui talibus ſcienter pa
trocinãtur tacita veritate Principi, gra
uiter offendunt eius maieſtatem, &
voluntatem: cum proculdubio no-
tiſsimum ſit in toto Hiſpaniæ regno
quam odioſa fuerit generatio hæc Re
gibus Hiſpaniæ, maxime Regibus ca
tholicis, qui omni cura, & diligentia
conati ſunt eos penitus e regno euel-
lere, & ad purgãdas eorum reliquias
ſanctum inquiſitionis officium au-
toritate Apoſtolica inſtitui fecerunt,
nec minus odioſi dicuntur, eſſe Cęſa
ri noſtro Caroloet Philippo regi imo
vſque adeo, vt ex his neminem velit
admitti ad militum commendatorũ
inſignia, nec ad iuſtitiæ ſuprema offi-
cia, como ſon conſejos y audiencias,
nec ad obſequia domꝰ ſuæ: & ſi quã
do ſecus fit, vel ipſo ignorante, vel ex
aliqua vrgẽtiſsima cauſa factum fuiſ-
ſe credendum eſt. Y aſsi las vezes que
a perſonas deſte linaje ſe han dado en
comiẽdas, o priuilegios de hidalguias
ſe han expreſſado las cauſas, y pueſto
en la eſcriptura la diſpenſacion de la
falta: & hoc rariſsime, & cum magna
cauſa factum eſt. Et iſto caſu iſti ta-
les qui conſequuntur talia priuilegia
non poſſunt vere dici nobiles: ſed no
bilitas ſua poteſt appellari datiua, non
natiua, cum non habeat materiã præ-
exiſtentem, ex qua oriatur, vt alias de
actionibus dicit Barto. & doctores
in l. iuriſgentium. ff. de pactis. & in l.
prima. ff. de cõdi. inde. quia ius iſtud
ſanguinis non poteſt dari per priuile
gium. vt ſupra dictum eſt. In domo
vero Imperiali pauci, vel nulli admit-
tuntur cum huiuſmodi labe, præter-
quam ad aliqua officia vilia, vel talia,
quæ ad patrimoniꝫ Imperialis conſer-
uationem vel ad ipſorum principum
ſalutem illis perſonis pro tempore in
digent, vt ſunt medici vel ærariꝫ Cæ-
ſaris ſupputatores, factores, & officia
les, quibus in huiuſmodi cõmerciꝫs
& officiꝫs à natura datum eſt ingeniũ
acutũ, diligentia exquiſita, & tã fortu-
natꝰ ſucceſſus: vt illis, vt gallinæ albæ
filiꝫs proſpere oĩa eueniant et in omni
quęſtus et lucri negotiatione velut Io
ui fœliciter adeò cadant taxilli, vt for-
tunæ ſuæ nullus facile reſiſtere poſsit
velut illi Mardochęo de quo dicit. He
ſter. cap. 6. in fin. Si de ſemine Iudæo-
rum eſt Mardochæus, ante quem ca-
dere cœpiſti nõ poteris ei reſiſtere: ſed
cades in conſpectu eius. Y aſsi el Rey
don Alonſo el ſabio quando los hi-
ſos dalgo le pidieron en Burgos
que

que les dieſſe juezes hijos dalgo, que juzgaſſen de ſus cauſas, les reſpondio concediendo ſe lo y alabandoſe que los Alcaldes y perſonas de juſticia, q̃ traya en ſu corte y los officiales de ſu caſa todos eran hijos dalgo, y que el eſpecialmente auia tenido particular cuydado de los eſcoger tales, y aſsi quaſi todas las leyes del titul.9. de la ſecunda part. que hablan de los officiales de la caſa del Rey, y ponen las qualidades que han de tener ponen por la primera y prĩcipal que ſean hijos dalgo y de buen linaje in l.2.4.6. & 11. & in alijs legibus illius titu. ſolamente en el Phyſico del Rey y en ſu Almojarife, no dizen ni requierẽ que ſean hidalgos ni de buen linaje, ſino ſabios, agudos, y experimentados, vt in l.10. & 25. eod.9. & partita ſecunda. licet hodie medici regiæ domus nullatenus admittantur, ſi aliqua generis macula notentur, & fere in cæteris regiæ domus officialibus idem obſeruatur. Quod ſi ſecus aliquãdo alij ſint admiſsi, vel admittantur ad Principum obſequium, vel educationem & diſciplinam, id eſt, vel fuit ex heroica & notiſsima virtute & eruditione illorum, quæ ſæpe à domino illis conceditur propter aliquod bonum inde ſucceſſurum: nam non nego niſi, quod ex illis plures, tam felici ſidere naſcuntur, vt virtutibus, & bonis moribus & ſupremæ ſcientiæ, & eruditionis datę polleant, & abundent. Quibus non ſunt neganda alia virtutum præmia, quia tamen ad plurimũ vt dixi, fere omnes redolent, & inclinantur ad ſuæ naturæ vitia, & ad longum recalcitrant, & ad ſuos conuertuntur ritus & mores: expedit potius, vt ſi qui pauci ex illis euadunt moribus ingenui, & virtutibus præditi ſeparatim, & ſpecialiter præmientur, quam quod propter eos paucos tota noſtra nobilitatis maſſa corrumpatur & inficiatur, quod vtiq; facile & breuiter fieret, ſi illis daretur acceſſus ad honores, & dignitates, quibus per nobilitatem datur aditus.

26 Quare ſanctè, & iuſte Collegiorũ conſtitutionibus in noſtro regno excluduntur, cum Collegia ſint hodie mundiſsimi fontes ex quibus ad totam rempublicam gubernandam ſcatent flumina, & deriuantur riuuli per ſonarum virtutibus, ſanctitate, et omnigena doctrina integerrimi: quorũ miniſterio, & diuina et profana reipublicæ officia honorifice, ſancte, & iuſte adminiſtrãtur: inter quos tam difficile, & rarum eſt aliquem à virtute deficere, quam eſt facile, & ordinariũ inter iſtos Iudaicæ ſectæ, & originis ſucceſſores, de quibus ceciniſſe illud Naſo Poëta videtur:

*Nec facile inuenies, multis in millibus vnum,*
*Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.*
*Ipſe Decor recti facti ſi præmia deſint,*
*Non mouet & gratis pœnitet eſſe probum,*
*Nihil niſi quod prodeſt charum eſt Hem detrahe menti.*
*Spem fructus auidæ. Nemo petendus erit.*

A fructibus enim eorum, cognoſcetis eos, dicit Dominus, & rurſum: nõ poteſt arbor bona, fructus malos facere, nec arbor mala bonos. Et ſanctius, & Iu-



& iuſtius eſt, quod nunc nouiter in Toletana primaria eccleſia introductum eſt: per Reuerẽdiſsimum dominum Ioannẽ Martinez de Siliceo meritiſsimum Archiepiſcopum: vt nullus huius generationis ad præbendã, in dicta eccleſia de cętero admittatur: quod quidem ſtatutum, vt iuſtum et ſanctiſsimum ſummo Pontifici, & noſtro Cæſari gratiſsimum viſum eſt & ab vtroq; libentiſsime perpetua firmitate confirmatum, & ad ipſius exẽplum, & imitationem in Ienenſi alias Menteſana eccleſia ſimile ſtatutũ promulgatum eſt id procurante Illuſtriſſimo & Reuerendiſs. dño Petro Pachequio Cardinali, & eiuſdem eccleſiæ meritiſsimo pręſule. & vtinam in omnibus huius regni Cathedralibus, & Collegialibus eccleſijs idem fiat (ſpero enim futurũ) & inde Deo honorem, & gloriam, reipublicæ verò perpetuam ſalutem, & augmentum permanſuram. Cõcludo igitur, quod tales Conuerſi, etiam ſi probẽt omne id, quod per leges, & pragmaticas regni diſpoſitum eſt, non poterunt in his cauſis obtinere, ſi ex parte Fiſcalis, & cõmunitatum oſtendatur, & probetur eos ducere originem per lineã virilem ex Iudæorum, vel Conuerſorum genere.

27 In deſcendentibus vero ex Mauris vel Sarracenis magis dubiũ eſt, vtrũ poſsint in his cauſis obtinere probando id, quod à ll. & pragmaticis ſtatutum eſt. & licet in Granatenſi Cancellaria non occurrerit caſus (quod ego ſciam) audiui tamen in Valliſolitana occurriſſe, & vnum eorum obtinuiſſe, eo quod probaſſet inter ſuæ nationis homines nobilẽ fuiſſe, & ex nobili & claro parentũ genere & ſanguine originẽ ducere, quod vtiq; probabile fuit. Quia licet inter oẽs mũdi nationes diſtinctio fuerit nobilium, vt ſupra in 1. par. dictũ eſt, maxĩe fuit, & eſt inter iſtos Sarracenos, vel Mauros, entre los quales eſpecialmente hallamos hecha mẽciõ de linajes hijos dalgo como erã en Africa los Almorauides, a los quales embio a llamar el Rey don Alonſo el ſexto por cõſejo de Abenabet Rey de Seuilla ſu ſuegro padre de doña Zaida ſeſta muger deſte Rey don Alonſo, vt refertur in chronicis noſtræ Hiſpaniæ, y los Abencerrajes de Granada, & aliæ plures familiæ. Cui opinioni ſuffragatur authoritas Barto. in l. prima. in 8. colum. C. de dignita. libr. 12. vbi dicit ille quòd ſi Sarracenus nobilis ſit captus à nobis, & poſteà manumiſſus & liberatus apud nos maneat, gaudebit nobilitate & immunitate & nobilitate noſtra. Sed ſalua pace Bart. dixerim mihi valde dubia eſt eius opinio, vna inter alias potiſsimum ratiõe, ſcilicet, quia talis Sarracenus manumiſſus per manumiſsionem non recuperat primæuum ſtatum ingenuitatis, ſed remanet libertinus: vt in l. homo liber. ff. de ſtatu homi. cum ſimilibus, Ergo multo minus recuperabit nobilitatem quę niſi homini ingenuo, difficile competit, vt ad ſenſum rationis patet: maxime quia vt late dixi, in cap. quinto. primæ part. talis Sarracenus vt ex-

vel exterus huius regni & aduena nõ poteſt gaudere immunitate, & nobilitate nr̃a. Quare apud me non facile obtinuiſſet, nã fere omnia vel plura ex fundamẽtis ſupra relatis pariter militant in his: at in cõuerſis bene fateor minus odioſam fore Sarracenorum, vel Maurorum nationem nobis, et omnibus gentibus, quam Iudæorum: quia longe maior ingratitudo verſatur ex parte iſtorum: quibus tanta, & tam ingentia beneficia à Deo ſunt collata à mundi creatione, nam ſolus Hebręus ille populus fuit illi electus, & ex illo filium eius carnẽ ſuſcipere voluit, inter illoſq; naſci, & conuerſari vſque adeo, vt dictum ſit in Pſalmo: 75. Notus in Iudæa Deus: & ipſe Ieſus dominus noſter mulieri illi Cananææ dixerit: non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Matthæi. 15. Et peculiariter ſit dignatus appellari Deus Iſrael, & alia innumera beneficia illis contulerit: vt Dauid illorum recordatione admiratus dixerit: non fecit taliter omni nationi, id eſt, nulli nationi. Quare iuſtè ipſe conqueritur dicens per Micheam prophetam. ca. 6. Popule meus, quid amplius debui tibi facere, & nõ feci? & rurſum, q̃d feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi: licet enim domini noſtri Ieſu Chriſti incarnatio, & paſsio ad omnium gẽtium redemptionem fuerit, & omnes nationes per ipſum ſint vocatæ, & redemptæ, nonnihil minoris culpæ, & pœnæ digni videntur Sarraceni, & Gentiles, & aliæ nationes, quæ non tam peculiari vocatione ſunt vocati, nec tanta indulgentia, & fauore ad fidem & Dei cognitionem prouocati. Ea eſt enim Cicerone teſte, lex naturæ, & iuſtitię, vt qui plura & ampliora beneficia recepit, magis ad gratificationem teneatur: & per contrarium grauius in eo iudicetur ingratitudinis crimen, quibus enim multum datum eſt ab his multum exigetur, dicit Dominus: & rurſum contra iſtos, qui cum in propria veniſſet, eum non receperunt, dicit: ſi non veniſſem, peccatũ non habuiſſent: nũc autem excuſationem nõ habent, Ioannis decimoquinto. Nimirum ergo, ſi Iudæi magis ſint infeſti legibus Hiſpaniæ & gentibus, quàm Sarraceni, vel Mauri, cum tantorum beneficiorum immemores, & ingrati in Chriſti ſui domini noſtri Ieſu proditione, & morte conuenerunt & adhuc in tam infœlici erroris pertinacia perſiſtant, vt abnegent illum in mundum veniſſe.

28 Cæterum, ſi dubitetur, vtrum ſi ex linea materna hæc labes alicui obueniat, vel contingat ex eo excludendus quoque ſit à nobilitatis, & immunitatis iure, vt excluditur, quando ex paterna linea illi contingit. Crederem, quod non ex eo quod in his nobilitatis cauſis conſideratur principaliter genus & ſanguis ex parte patris, nec prodeſt ex parte matris vt in dict. l. tertia tit. 21. partita ſecunda. & ſupra in ſecunda parte principali dictum eſt, & eadem ratione nõ debet obeſſe, aut nocere, & hæc opinio



æquitate quadam admiſſa eſt, & in hoc Granatenſi & Pintiano prętorio: quę quodammodo ipſi nobilitati iniurioſa videtur: nam licet ex verbis eiuſdem. l. partitę. videatur elici, quod effectus ex parte matris non excludat quem à nobilitate, quæ illi cõtingit ex parte patris: ſi probauerit omne id, quod per leges & pragmaticas diſpoſitum eſt, vt ſupra ſpecialiter eſt declaratum: tamen non poteſt negari niſi, quod quodammodo obſcuratur, & denigratur nobilitatis ius in filijs & cæteris ſucceſſorib⁹ per maculam maternam: nam ſicut, dicta. l. dicit, que la nobleza ſe mengua quãdo el hidalgo caſa cõ villana, mucho mas ſe menguara caſando con confeſſa. & ſatis eſt, que aunque eſto no excluya el derecho de hidalguia que viene del padre, excluye a los hijos y deſcendientes, que no puedan ſer admitidos en collegios, ni officios de inqſicion, ni en conſejo de ſu Maſeſtad, ni en ygleſias Principales, y otros ayũtamientos y cabildos, y officios en que no ſe admiten los tales aunque les venga de parte de madre: ſed de his hactenus.

SVMMARIVM

*Ex capite ſequenti.*

1 *An patre pronũtiato plebeio, vel pechero per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatã filius poßit obtinere?*

2 *Aßignatur differentia inter nobilitatem generis, & illam, quæ ex præſcriptione cauſatur.*

3 *An patre pronuntiato nobili, filius poßit declarari plebeius.*

4 *Nepotes ex perſona aui patre de medio ſublato poſſunt nobilitatem prætendere.*

5 *Fratres vtrinq; coniuncti poſſunt per ſententiam ſeparari ita, vt vnus pronuntietur nobilis, alter plebeius.*

6 *In his cauſis ſententia vnius fratris, nec omnino prodeſt, nec nocet alteri.*

7 *Sententia lata in fauorem patris vel aui, vel contra, an proſit, vel noceat filijs & nepotibus?*

8 *Quatuor caſibus ſententia lata in his cauſis non facit ius quo ad omnes.*

9 *Sententia lata contra contumacẽ abſentẽ non facit ius quo ad omnes, etiã in cauſa ſtatus.*

10 *Sententia ſtatus lata ſine legitimo cõtradictore non facit ius quo ad omnes.*

11 *Sententia lata ſine plena cauſæ cognitione nõ facit ius quo ad omnes.*

12 *Idem in ſententia abſolutoria.*

## An poſsit pronunciari filius nobilis patre pronũtiato plebeio, & econtra? & quid in fratribus? & quãdo ſentẽtia in his cauſis noceat, vel proſit alijs.

*CAP. VIII.*

QVæro vlterius, an ſit
poſsibile, quod patre
1 pronunciato per ſen-
tentiam pechero, pueda el hijo ſer declarado por hijo dalgo? Reſpondeo, aut loquimur in nobilitate ſanguinis, vel generis, vl' in nobilitate priuilegij: per priuilegium poſsibile eſt, & facile, quod Princeps concedat filio ius nobilitatis, etiam ſi pater ſit ignobilis, vel plebeius. Sed per ſententiam mediante iure ſanguinis ſeu generis, vi-

detur impoſsibile, quia cum requiratur, vt is, qui litigat probet de ſe & patre & auo, clarum eſt, que mal podra el hijo probar de ſu padre, ſiendo el padre declarado por pechero: y por conſiguiente no podra el hijo ſer dado por hidalgo: maxime quia ſicut ſentẽtia lata in fauore patris prodeſt filio, vt dictum eſt & probatur in l. 1. §. fina. & 2. & in l. 3. ff. de lib. agno. & traditur per Baccha. Roderic. Xuarez allega. 27. in princi. ita debet nocere ex eiſdem iuribus. Item cum ius filij deriuetur à iure patris impoſsibile, & inter ſe contrarium videretur, ſi patre declarato por pechero, el hijo ſe dieſſe por hidalgo. In hac quæſtione ego crederem (ſaluo meliori iudicio) eſſe diſtinguẽdum inter nobilitatem generis, ſeu ſanguinis, & inter illam, quæ acquiritur mediante quaſi poſſ. & præſcriptione ſecundum formam
2 pragmaticarum: nam in ea, quæ prætenditur ſola ſanguinis ratione nõ video quomodo ſit poſsibile, quod patre exiſtente ignobili filius declaretur nobilis rationibus ſupra dictis, niſi vno duntaxat caſu .ſ. quando filius ſecluſa perſona patris oſtenderet titulũ ab auo, vel pro auo, vel antiquiſsimis parentibus: quo caſu poſſet obtinere ſecundum ea, quæ diximus ſupra. vel niſi antequam pater prouocaretur vel prouocaret ad iudicium, filius obtinuiſſet, & poſtea pater prouocaretur vel prouocaret, & ſuccubuiſſet, quia tũc bene poſſet pater ſuccumbere. Como fue el pleyto del doctor Chriſtoual de Viana, que el hijo que es el doctor Chriſtoual de Viana tuuo ſentẽcia y carta executoria de Alcaldes guardada veynte y cinco años antes que al padre ſe le mouieſſe pleyto. Y deſpues de eſte tiempo puſierõ pleyto a Arias de Viana ſu padre, y fue pronunciado por pechero por Alcaldes, y en viſta fue reuocada eſta ſentencia, y dado por hidalgo, y en reuiſta reuocada la de viſta y confirmada la de Alcaldes. & nunc agitur contra ſententiã filij, per viam colluſionis.

Sed in ea quæ prætenditur & fundatur ex quaſi poſſeſ. immunitatis, et iure præſcriptionis poſsibile eſt & facile, que aunque el padre ſea pechero, y declarado por tal, el hijo ſea hidalgo como acaeſcio en el pleyto de los portillos de villa Rubia, y puede acaeſcer cada y quando que ſe mouieſſe pleyto juntamente a padre y a hijo, y el padre no pudieſſe probar mas que poſſeſsion ſuya y de ſu padre, y el hijo probaſſe de ſi y de ſu padre y abuelo con immemorial, & non probaretur aliquid in contrarium. Iſto enim caſu certum eſt, quod ſecundum diſpoſitionem pragmaticarum, el padre ha de ſer dado por pechero y el hijo por hidalgo, & hoc etiam crederem habere locum, etiam ſi per Fiſcalem eſſet petitum, quod ambo iudicia & proceſſus, ſcilicet, patris & filij cumularẽt vt fere ſemper fit licet in hoc caſu aliquibus videatur hoc difficile.

3 Sed per contrarium quæro an patre declarato nobili, poſsit filius declarari plebeius & ignobilis habito pro conſtanti, quod probet ſe filium legiti-



legitimum illius? Reſpondeo, aut pater de per ſe ſolus litigauit, & obtinuit: & iſto caſu impoſsibile videtur quia ſiue filius conueniatur, ſiue prouocet, obtinebit ex ſententia patris, quia ſi eſt reus, opponet de re iudicata patris: & offeret probationem filiationis, y pedira ſobre carta de la executoria de ſu padre, & probata filiatione, y juntamente que a ſu padre ſe le guardo la carta executoria, le mandaran dar ſobre carta della, ſi agat idem, porque entrara quexando ſe, y pidiendo ſobre carta, y probando lo meſmo, ſe la daran como cada dia ſe haze, y aſsi en eſte caſo parece impoſſible, que el padre ſe de por hidalgo y el hijo por pechero, præterquam niſi probaretur poſt ſententiã, vel mortem patris ex inſtrumentis nouiter repertis contra ius patris, vel doceretur de colluſione communitatis, vel Fiſcalis: quibus duobus caſibus retractaretur ſententia patris, & filius pronunciaretur ignobilis, vt ſæpe contingit: quando enim poſt ſententiam reperiuntur de nouo inſtrumenta, vel detegitur colluſio, vel falſi teſtes, reſcinditur ſententia, vel ipſo iure, vel ope reſtitutionis ſecundum tradita per Doctores in l. Imperator, de re iudicata. & in titulo. C. ſi ex falſ. inſtr. & per Baldũ in rubrica. & in l. prima & fin. C. de colluſio. deteng. & infra latius dicam. Si vero ſimul eodem tẽpore tractetur cauſa patris, et filij, poſſibile eſt, que el padre ſea dado por hidalgo y el hijo por pechero: porque puede ſer que el hijo no pueda probar poſſeſsion, de ſu miſma perſona, y ſu padre probo de ſi y padre y abuelo: iſto tamen caſu eſt elegans dubiũ, ſi eſte hijo dado por pechero, o ſus hijos quiſieſſen pretẽder la hidalguia, no por ſu perſona, ſino ex perſona patris, qui obtinuit, & aui, vtrum poſſent obtinere? & in nepotibus crede-
4 rem, que ſin embargo que ſu padre fueſſe declarado por pechero, puedã pretender por la perſona y ſentencia del abuelo, argumento textus cũ materia & gloſſ. in l. emancipatum. § fi. ff. de ſenato. & in l. diuo Marco. cum gloſſ. & doctrina doctorum. C. de quæſtionibus, vbi habetur, quod, q non poteſt gaudere dignitate ex perſona patris, gaudet ex perſona aui. In ipſo vero filio, qui eſt pater reſpectu nepotum, hoc non auderem dicere, cum iam in propria perſona ſit pronunciatus ignobilis, id eſt, pechero: de vtroque tamen mẽbro inferius latius dicemus: quia videtur articulus dignus propria diſputatione & principali.

5 In fratribus quotidianum eſt, que ſiendo hijos, de vn padre y madre el vno ſea dado por hidalgo, y el otro por pechero: porque el vno prueua y el otro no. Tamẽ cum eiſdem probationibus, non poteſt ferri diuerſa ſententia: & ſi dicatur, vel quæratur, an ſententia vnius fratris proſit alteri taliter, quod probata fraternitate obtineat? Reſpondeo, quod non ex eo, quod cũ ius debeat probari per poſſ. clarum eſt, quod quaſi poſſeſ. vnius, quæ facti eſt, non eſt alterius, & iſto caſu

6 caſu limitantur nouiter, & ſingulari-
ter illa iura in.l.prima.§.fina. cum tri-
bus legibus ſequentibus. ff. de liber.
agnoſcend. vbi dicitur, quod ſenten
tia vnius fratris, prodeſt & nocet aliʃs:
nam illud non habet locum in his
cauſis ratione dicta. Vnum tamen
ſub cenſura maiorum crederem poſ-
ſe dici, quod quando nobilitatis ius
prætẽderetur ab vno ex fratribus me-
diante titulo vero, ſcilicet, ſolar anti-
guo, o carta executoria de padre, o pri
uilegio de Rey, que en eſtos caſos la
ſentencia de vno aprouechaſſe a los
otros ſin probar mas de ſer hermanos
legitimos: porque como aqui conſte
de titulo q̃ por ſi ſolo baſta para pro-
priedad ſin probança de poſſeſsion,
vt ſupra latiùs diximus no ay pa-
ra que curar de probança de poſſeſ-
ſion, ſino ſe alegaſſe, que el priuilegio
o derecho de la executoria, o ſolar ſe
hauia perdido por tiempo: cuius pro
batio incumberet dicenti, quando cõ
ſtaret de priuilegio vel titulo ſecun-
dum diſpoſitionem textus in.c. cum
perſonæ de priuileg. libro ſexto. vnũ
tamen eſt, quod licet ſententia fratris
nõ noceat, nec proſit totaliter, facit ta-
men qualem qualem probationẽ, vel
præſumptionem ſecundũ tradita per
Alexan.in.l.ſæpe.ff.de re iud.

7 Vlterius quæro, & principaliter an
ſententia lata in fauorẽ patris, vel aui,
vel alicuius ex aſcendentibus proſit
omnibus deſcendentibus legitimis,
& præiudicet toti regno? Reſpon-
deo. iſta qõ ex antedictis poteſt inue-
ſtigari: nam ſi loquimur de ſenten-
tia poſſeſ. tantum, quæ tranſiuit in rẽ
iudicatam, iſta non prodeſt deſcendẽ-
tibus, nec nocet toti regno, niſi quan-
tum ad poſſeſſ. aſcendentium probã-
dam: ſi vero loquimur de ſententia in
proprietate, quæ tranſiuit in rem iudi
catam, videtur dicẽdum, quod proſit
& noceat omnibus per.d. l.1.§. fina.
cum legibus ſequentibus.ff. de liber.
agnoſ. Item, quia, vt dixi, los hiʃos, o
nietos pueden pedir ſobre carta pro-
bando la deſcendẽcia. Item quia iſtæ
cauſę ſunt ſimiles cauſis ſtatus, in qui
bus ſententia prodeſt omnibus. vt in
l.ingenuum. ff. de ſtatu.homi. & per
Xuarez in.d.alleg.27. in principio. &
per Alexand. latè in dicta.l. ſæpe.nu-
mer.62. & ſequentibus. Item, quia li-
cet dubitatum ſit, an ſentẽtia, qua ma
ter pronunciatur ſerua noceat filiʃs. vt
in.l.matrem. & in.l.ad probationẽ.C.
de probatio. & per Alexan.in. d.l.ſæ-
pe. tamen de ſententia lata in fauorem
ſtatus non dubitatur. vt per eundem
Alex. ibidem. Item quia cum proceſ-
ſus ſit factus cum Fiſco procuratore
Cæſaris, qui repręſentat in eius perſo-
na totũ regnum, conſequẽs eſt, quod
ſententia noceat toti regno.

8 Iſtam concluſionem limita & in
tellige ſingulariter, vt procedat, & ha
beat locum concurrentibus quatuor
requiſitis. de quibus per Albericũ in
l.ingenuum. prima columna. ff. de
ſtatu homi. Primum, quod ſenten-
tia ſit lata contra præſentem, qui ſe
defenderit, ſecus ſi contra abſentem
& cõtumacẽ: quia iſto caſu præſumi-
tur lata magis ob contumaciam rei,





quàm ob iuſtitiam actoris: & ideo
non nocet, nec facit ius inter omnes,
9 vt in lege qui repudiantis.§. finali. ff.
de inoffic.teſtam. & in.l.ſi ſeruus plu
rium. §. primo.ff. de legat. primo. ita
Alber.in dict.l. ingenuum. prima co-
lumna ad medium, cuius doctrina in
his cauſis quotidie allegatur & obſer
uatur: nam vbicunque ſententia lata
eſt, en rebeldia del conceʃo como an-
tiguamente ſe dauan algunas: iſto ca-
ſu talis ſententia non faceret ius inter
omnes: hodie vero non poteſt da-
ri ſententia, en rebeldia del conceʃo:
porque le compellan a que embie po
der y relacion. Y quando ſe apartaſſe,
y no quiſieſſe ſeguir la cauſa, ſe hazen
las diligencias de la pragmatica de
Cordoua, que ſe ʃunten los tres eſta-
dos, o el Fiſcal haze diligencias a coſta
del conceʃo conforme al capitulo de
viſita, del Año de quarenta y nueue.
Et eadem ratione dicẽdum eſt, quod
ſententia lata cõtra particularem, qua
declaratur ignobilis, y le dan por pe-
chero en rebeldia non nocet filiʃs: nec
deſcendentibus, vel agnatis. Et ſi di-
catur, que todas las ſentencias de hi-
dalguias que ſe dan en fauor de algun
particular, ſe dan en auſencia de todos
los cõceʃos del Reyno excepto aquel
donde es el vezino: y ſegun eſto, ſen-
tentia non deberet nocere niſi tan-
tum illi, & non aliʃs. Reſpondeo,
quod cum perſona Fiſcalis nomine
Principis repręſentet totum regnum,
id ſufficit, vt noceat, & faciat ius in
toto regno, vt dictum eſt, y ſola-
mente ſe ha de entẽder en rebeldia de
aquel conceʃo donde biuia al tiempo
del pleyto.

Secũdum requiſitum eſt, quod pro
10 ceſſus & cauſa ſit ventillata cum legi-
timo cõtradictore: nam ſi hoc defuit
ſententia non facit ius inter omnes. vt
in l. cum non iuſto. ff. de collu. dete.
& in l.prima. C.de inge. & manu. &
in l.cum duobus.ff.de inoffi. teſta. &
ideo ſi in his cauſis proceſſus non eſt
agitatus cum Cæſaris Fiſcali & procu
ratore communitatis illius loci vbi ha
bet principale domicilium, particu-
laris ſententia non faciet ius: quia iſtæ
duæ perſonæ ſimul & non vna ſine
alia ſunt legitimi contradictores. vt
in allegata.l. ſexta, titulo de los hidal-
gos lib.4.ordina. Ideo ſi particularis
agitaſſet litem cũ procuratore vnius
loci, vbi habebat aliqua bona omiſſo
procuratore loci, vbi habet principa-
le domicilium, vt ſæpè cauteloſè fit, ta
lis ſententia non faceret ius niſi cum il
lo ſolo loco, cum quo acta eſt cauſa,
non cum alio.

Tertiũ, quod eſt neceſſarium, quod
11 ſit plenè cognitũ de cauſa in iudicio
plenario et principaliter ſuper hoc fun
dato: nã ſi in iudicio ſummario aliq̃s
declararetur nobilis, como antigua-
mente hazian muchos ſeñores en ſus
tierras, y muchos ʃuezes que manda-
uã dar a las partes informaciõ y cõfor
me a ella los declarauã por hidalgos,
talis ſententia nullum ius facit tũ quia
ſummariè cognitum eſt, tum etiam
ex defectu iuriſdictionis, imo ſæpè
tales ſententiæ nocent his, in quorum
fauorem datæ ſunt: quia poſſeſſ. ha-

bita poſt illas nititur ex illis: & non videtur talis, qualis per pragmaticas requiritur, vt dictum eſt. Et in hoc veteri errore etiam hodie ſunt multi moderni & parum practici iudices. Idem eſſet, ſi para eſcuſarſe vno de entrar en la carcel por deudas, o de ſer pueſto a tormento alegaſſe, que es hiʃo dalgo y dieſſe informacion dello, o para entrar en algun officio, collegio, o cofradia, o para ſubir a los eſtrados: quia etiam ſi ad iſtos effectus le declaraſſen portal: talis ſententia nõ faceret ius ex defectu huius requiſiti, ſcilicet, quia fuit iudicium plenarium, nec principale ſuper hoc, nec cauſa fuit agitata cum Fiſcale, & communitate. iſta fallentia probatur ex nota. in l. prima. C. quorum bono. & in l. Iulianus. ff. de cond. ind. & ponit eam Alber. vbi ſupra, prima columna.

Quartum & vltimum requiſitum eſt, quod poſt ſententiam nulla colluſio detegatur: nam colluſione detecta vel repertis nouiter inſtrumentis, vel ſuperueniẽte alia cauſa, propter quam de iure ſententia retractetur non faceret ſententia ius, vt dictum eſt, in ſupra proxima quæſtione, & patet per totum titulum. C. & ff. de collu. deteg. & infra latius dicetur.

Poteſt ex eodem Alberic. addi. 5.
12 ſcilicet, quod per ſententiam affirmatiue aliquis declaretur nobilis, ideſt, hiʃo dalgo: nam ſi ſolum abſolueretur ab impetitione Fiſcalis, & cõmunitatis, vt aliquando fit maximè, vbi particularis habet rem iudicatam in poſſeſſ. & in petito. non probatur contra eum, nec ipſe probat: iſto caſu talis ſententia non facit ius, niſi inter eas ſolas partes, inter quas litigatum eſt: ideo ſemper & perpetuò remanet ius proprietatis ſaluum, a otro qualquier conceʃo: iſtud probatur ex text. illo nota. in l. diui fratres. & in l. ſi ſeruus qui. ff. de libe. cauſ. ibi, dum dicit ſeruum illius non videri. facit textus, cum ibi traditis in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurando. Ex his ergo, ſcilicet, requiſitis, remanet regula certa cum his limitationibus, de quibus quotidie, vt ſupra diximus, in his cauſis fit mentio, & ideo ſunt notandæ.

*S V M M A R I V M*

*ex capite ſequenti.*

1 *An conſenſus vel negligentia patris, vel aui, in his cauſis noceat filijs, vel nepotibus?*

2 *Tertius oſtendens de iure ſuo, vel intereſſe regulariter admittitur ſe opponens liti.*

3 *Filius opponens ſe liti paternæ, an ſit admittendus?*

4 *Tertius admiſſus ad litem pro ſuo intereſſe debet admitti in eo ſtatu, quo erat lis. Idem in filio.*

5 *Vbi minor admittitur pro ſuo intereſſe petita reſtitutione, auditur de nouo.*

6 *In his cauſis filius viuente patre, & litigante non poteſt ex perſona ſua iudicium mouere ſuper iure de futuro, niſi ipſe quoque in collectetur.*

7 *Tranſactio facta à patre vel auo, cum cõmunitatibus in cauſa immunitatis an noceat filijs, vel nepotibus.*

8 *Ius nobilitatis, & immunitatis an poſſit expreſſe renuntiari, & ibi agitur de foro Cantabriæ.*

9 *Ius ſanguinis, vel generis non poteſt remitti expreſſe, nec tacite quo ad præiudicium generis.*



10 *In iure perfectè cauſato negligentia, vel conſenſus patris non nocet filijs.*

11 *Media perſona, in qua non fuit continuata nobilitas, vel immunitas, an noceat ſequentibus.*

12 *Medium inhabile impedit extrema cõiungi.*

13 *Dolus vel culpa patris non debet nocere filijs in cauſa ſtatus: præterquam in crimine maieſtatis.*

14 *Adducitur lex parti. & ordina. in propoſito quæſtionis.*

15 *In iure non perfectè cauſato conſenſus, vel negligentia patris nocet filijs.*

16 *Nonnunquam magis nocet conſenſus tacitus, quam expreſſus.*

17 *Tranſactio de ſoluenda certa parte tributorũ præiudicat in totum his caſibus quibus trãſactio nocet.*

18 *Tranſactio ſuper iure immunitatis & tributorum facta per communitatem ſine Principis ſcientia & conſenſu non præiudicat Principi.*

19 *Tranſactio ſuper vna re vel cum vna perſona non nocet alteri.*

20 *Tranſactio facta ſuper iure immunitatis, & tributorum nõ tribuit cauſam præſcribẽdi.*

21 *Limitatur. l. 1. §. ſi vir. ff. de acqui. poſſ.*

22 *Per tranſactionem factam ſuper iure tributorum & immunitatis videtur quis fateri ſe ignobilem.*

23 *Ius nobilitatis & immunitatis eſt indiuiduũ.*

An ius nobilitatis & immunitatis poſsit conſenſu, negligentia, vel trãſactione remitti in totũ, vel in partem? & an noceat filijs, vel nepotibus, & Principi? & quãdo filius poſsit ſe liti paternæ opponere.

*C A P. I X.*

1 VLTERIVS quæro de quæſtione notabili & contingibili, ſcilicet, an ſi pater meus prouocatus ſuper nobilitate ſua & immunitate nolit iudicium ſubire, ſed ſponte velit agnoſcere & ſoluere tributa: vel lite pendente deſiſtat à iure ſuo, forte quia timet litis expenſas, vel dubitat de iure ſuo vel propter ſegnitiem, vel negligentiam vel aliam iuſtã, vel non iuſtã cauſam, forte quia vult ſibi, ſuóque generi iniuriam inferre vt in ſimili dicit text. in l. prima in principio. ff. de liber. cauſ. An filij poſsint reclamare & opponere ſe liti propter ſuum intereſſe & præiudicium. & ſi allegent de iure nobilitatis paternæ, & ſuo proprio, an ſint admittendi? Iſta eſt notabilis quæſtio, & iam habui eam in practica non ſemel, nec bis ſed ſæpè: & licet in ea videatur prima facie dicen-
2 dum quod ſecundum regulas ordinarias, quibus habetur, quod omnis perſona, quæ prætendit, vel poteſt in futurum prætendere intereſſe docendo de ipſo ſummariè ſit admittenda ad litem inter alios pendentem ſecundum tradita per Ange. & Doctores. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſtam. & per Felinum late in cap. veniens el ſegundo de teſta. & per eundem in cap. cum ſuper de re iudi. per Bald. notabiliter in authentica. num ſi hæres. C. de litigi. & per Bartol. & Doctores. in l. à ſententia. & in l. ſi perluſorio. ff.

rio.ff.de appella. & eadem regula, &
ratione ſint admittendi filij cùm præ-
tendant notabile intereſſe & præiudi-
cium ex eo, quod pater ipſorum cedat
liti & iuri, vel nolit ſe defendere: tamẽ
ex aduerſo videtur, quod nullo mo-
do poſsint admitti ex eo, quod in his
cauſis diſpoſitum eſt per pragmaticas
que ſin teſtimonio de prenda ningun
particular pueda poner demanda: ſed
iſti filij non inquietantur, ni les ſacan
prendas: ergo non poſſunt prouocare
in his cauſis, nec ſunt audiendi.

In hac quæſtione omiſſa diſputatio
ne, quia in hoc opuſculo, vt in præfa-
tione ſum proteſtatus, non eſt meæ in
tentionis ad oſtentationem, ſed ad vti
litatem tantum ſcribere. nunquam e-
nim mihi placuit argumentorum, &
allegationum inutilis & verboſa pro
fuſio etiã Salmanticæ, vbi ad adoleſcẽ
tium iuuenilia ingenia ſatisfacienda
neceſſarium eſt argumentorum, & al
legationum copioſitate oſtẽtationem
facere & admirationem inducere, qua
tyrones delectentur, & animis capian
tur, quod illi ætati, vt alia eſt naturale
purgamentum. Quare in ea (ſaluo in o-
mnibus meliori iudicio & maiorum
autoritate) ſic crederem dicẽdum, vel
diſtinguendum: aut filius pendente,
& conteſtato iam iudicio ſuper nobi-
litate & immunitate patris vult ex per
ſona ſua, ideſt, eiuſdẽ filij propter ſuũ
intereſſe & præiudicium opponere ſe
liti allegando nobilitatem & immu-
nitatem propriam ſui ipſius, & vult
3 probare de iure ſuo & non de iure pa
tris; & iſto caſu crederem illum non
admittendum propter rationem ſu-
pra dictam, ſcilicet, quia ex perſona
ſua non patet illi ingreſſus ad cauſam
iſtam ex eo, quia nec ipſe inquietatur,
ni le han ſacado prendas por pechos
como ſe requiere por la pragmatica:
ex eo etiam, quia cum inſtantia patris
ſit in eum continuanda, differenda eſt
cauſa ipſius, vt ſupra dixi. per dict. l. ſi
vſumfru. §. fina. ff. de libe. cauſ. Cum
aliis, aut ipſe filius ſe opponit liti alle-
gando de iure patris: quia forſan ipſe
pater neglegit ius ſuum ex aliqua cau
ſa ex ſupradictis. & iſto caſu tam ex re
gula ordinaria de tertio oppoſitore,
de qua dixi, quam ex iure ſuo particu
lari eſt admittendus: de quo iure eſt
textus ſingularis & expreſſus in l. 1.
verſiculo, verſa enim vice, cum lege ſe
quenti. ff. de liber. cauſ. vbi textus in
cauſa ſtatus huic ſimili, dicit, quod ſi
perſona aliqua, quæ vocatur in ſerui-
tutem, non patitur litigari de condi-
tione ſua: fortè, quia ſibi, ſuoque gene
ri velit iniuriam inferri, permittendũ
et ęquum eſt quibuſdam perſonis da
re facultatem pro illa litigare, & iudi-
cium ſuſcipere, vt patri pro filio, & fi-
liis pro patribus. Subdit ſingulariter
textus, nec enim modica filiorum in-
iuria eſt ſi parentem ſeruum habeant:
ſequitur quoniam ſeruitus eorum: ad
dolorem noſtrum (ideſt filiorum) in-
iuriam, quę ad noſtram porrigitur: eo
dem ergo iure & ratione dicendũ eſt
filios in his nobilitatis cauſis admittẽ
dos, ne illis per patrem negligentem
iniuria inferatur: cum ad dolorem, &
iniuriam filiorum ſit ignobilitas parẽ
tum,



tum, y que ſean dados los padres por
pecheros: notiſsimum enim eſt, quan
tum interſit filiis patris nobilitatem
& immunitatem negligentia, vel cul
pa non zelari aut perire, cum ex paren
tum iure ius ipſorum dependeat: vnũ
tamen non omitto, quod iſto caſu cũ
filius non admittatur pro iure ſuo, ſed
4 patris, vt modo dixi, admittendus erit
ad litem in eo ſtatu, quo illam inue-
nerit ex text. illo ſing. in cap. ſecundo
vt lite pend. lib. 6. & ex communi do-
ctrina & reſolutione Doctorum in
dict. l. ſi ſuſpecta, & in d. cap. veniens,
& in locis in ſimili allegatis. Quod in
telligerem, præterquam ſi interueniſ-
ſet colluſio, vt per glo. in dict. l. ſi ſu-
ſpecta, vel niſi pater pro cuius iure fi-
lius ſe opponit, vel ipſe filius eſſet mi
5 nor, vel haberet beneficium reſtitutio
nis ſpeciale. Quo caſu etiam tertius,
qui venit ad litem auditur de nouo ſe
cundum gloſ. illam ſingularem iun-
cto tex. in l. ſi parentes veſtri. de euict.
C. quæ quotidie adducitur in practi-
ca, ſi vero ante litem conteſtatam pa-
ter cedat liti, & eo ipſo, q̃ el concejo le
pone demanda, y lleua emplazamien
to contra el, ſe rinde, y no quiere liti-
gar, ſino llanamente. Idem crederem
dicendum, quod filij admittantur ad
docendum de iure patris, vt dixi per
eandem rationem, & per ſupra dicta
iura in dict. l. 1. & ſecunda. quæ in i-
ſto caſu, ideſt, ante li. cont. videntur lo
qui, & ita fuit determinatum in lite &
cauſa de Martin de la carcel, el de Pa-
reja: el qual ſe oppuſo al pleyto de ſu
padre eſtando concluſo, & per viam
nouæ oppoſitionis cum reſtit. le oye-
ron y admittieron de nueuo, porque
alego, que ſu padre por pobreza y ve-
jez y enfermedad no auia prouado ſu
derecho, & fuit admiſſus: ſola enim
paupertatis cauſa admittit tertium op
poſitorem allegantem de iure paupe-
ris per paupertatem omiſſo. vt in l. ſi
procuratorem: §. ſi ignorantes verſicu
lo penult. ff. mand.

Aduertendum tamen eſt, quod an-
tequam admittatur tertius ſe oppo-
nens ſaltem ſummariè, debet docere
de ſuo intereſſe, vt volunt communi-
ter doct. in d. c. veniens. & in d. c. cum
ſuper & in d. l. à diuo pio. §. ſi ſuper
rebus. Ideo in his cauſis filius debet
docere ſe filium legitimum, y offrecer
ſe a dar informacion dello: quo facto
admittitur ad allegandum de iure in
cauſâ principali & ita quotidie fit.

6 Nec primæ concluſioni huius quæ-
ſtionis, in qua dixi filium non admit-
ti allegantem de iure ſuo, obſtant tra-
dita per Baccha. Xuarez. in allegat. 4.
per totam: vbi per plura iura & fun-
damenta conſuluit, quod filius voca-
tus ad maioratum poſt mortem pa-
tris, poteſt viuente patre agere de iure
ſuo, quia licet ſit ius de futuro, depen-
det à iure de præſenti: quo caſu poteſt
in iudicium deduci. vt eſt textus ſin-
gularis in l. in lege Aquilia, ſi delectũ.
ff. ad l. Aquil. & in l. prima. C. de ſen
ten. quæ ſine cert. quantita. cum aliis
ibi copioſe per eũ adductis. ex quibus
videtur, quod eadem ratione filius in
vita patris poſsit agere non tantum
de iure nobilitatis paternæ, verum de
iure

iure ſuo proprio. Quia reſpondeo,
quod omnia iura, & regulæ ibi tradi-
tæ limitantur iſto caſu ex eo quod in
his cauſis ſpecialiter per pragmaticas
diſpoſitum eſt, quod nõ detur ingreſ
ſus particulari ad prouocandum, niſi
tunc demum quando inquietatur, &
incollectatur, & ſibi abſtrahuntur pi-
gnora pro tributis, y mueſtra teſtimo
nio baſtante de la prenda, vt ſupra di-
ctum eſt.

Sed huic ſupra proximæ quæſtioni
7 videtur accedere alia non minus con-
tingibilis, quæ quodammodo vide-
tur illi cohęrere, ſcilicet, an ſi in iudicio
filiorum, vel nepotum ex parte Fiſca-
lis, vel communitatis probetur patrẽ,
vel auum, vel aliquem de aſcendenti-
bus per lineam virilẽ aliquando ſpon
tanea voluntate agnouiſſe, & ſoluiſſe
tributa, & onera realia, ſicut cæteri ple
bei ignobiles, vel certam partem tri-
butorum mediante pacto, vel tranſa-
ctione aliqua innita cum communita
te: an hoc taliter noceat filijs, vel nepo
tibus, vel cæteris deſcendentibus, vt
ex eo debeãt ſuccumbere dato, quod
probent diſpoſitum per leges, & pra-
gmaticas.

Et pro parte affirmatiua, quod illis
noceat, videtur ratio inconuincibilis:
quia ſi conſtat patrem vel auum ſpon
te agnouiſſe, & ſoluiſſe tributa, vel par
tem eorũ, impoſsibile videtur, quod
filij vel nepotes poſsint obtinere in
poſſeſsione, vel proprietate, cum non
poſsint probare quaſi poſſeſsionem,
vel immunitatem patris vel aui.

Itẽ, quia ex eo, quod pater, vel auus
agnouerunt, & ſoluerunt ſponte tri-
buta, profeſsi ſunt ſe ſubiectos & o-
bligatos eorum ſolutioni ſicut cæteri
plebei, & ignobiles: & per conſequẽs
eorum filij & deſcendentes videntur
onerati & obligati eiſdem contribu-
tionibus, & difficiliter poterunt ſe exi
mere ab eorum obligatione: imo ex ta
li ſpontanea ſolutione, viſi ſunt illi,
qui ſoluerunt renuntiare ſuæ nobili-
tati, & immunitati. vt in l. prima & ſe
cunda. C. de his qui ſponte mune. ſu-
be. facit textus in l. fina. eodem titulo:
vbi dicitur, quod homo liber ſponte
ſe offerens curiæ, obligat ſe ad onera
ipſius curiæ: ergo eodem iure videtur
dicendum eos, qui pacto, vel tranſa-
ctione ſponte agnouerunt tributa in
totum vel in partẽ, ſibi & ſuis deſcen-
dentibus præiudicaſſe.

Huic etiam accedit, quod ſingulari-
ter in propoſito dicit Platea. in l. ſecũ-
da. C. de his qui ſpon. mune. ſube. ſci-
licet, quod ſi is qui habet immunitatẽ
à collectis patiatur ſe ſcribi in libris cõ
munis inter eos, qui ſoluunt illas, &
non appellet, nec proteſtetur de iure
ſuæ immunitatis, ex ſola patientia ſibi
præiudicat, per textum ſingularem in
l. prima. §. ſi quis tutor cum. §. ſequen-
ti. ff. quando appellan. ſit. quem textũ
ad hoc dixit ibi Angel. peregrinum,
& communiter ignorari.

Pro contraria tamen parte videntur
facere alię duæ rationes: vna quia ſicut
expreſſe pater, vel auus non poteſt re-
nuntiare ius nobilitatis in præiudiciũ
filiorum, vel ipſiuſmet nobilitatis, ita
nec tacite conſentiendo, vel ſoluendo
tribu-



tributa: cum maior ſit virtus, & poten
tia expreſsi, quã taciti: vt in l. iam hoc
iure ff. de vulga. cum ibi traditis. & in
l. precibus. C. de impu. & alijs, latè per
Iaſ. in l. cum quid. ff. ſi cert. peta. quod
autem expreſſe non poſsit renuntiare
ius nobilitatis, probatur ex text. ſingu
8 lari & regula ibi tradita in l. alia in. §.
eleganter. ff. ſoluto matrimonio. vbi
traditur, quod iure, vel priuilegio cõ-
petenti, ratione alicuius qualitatis per-
ſonalis non poteſt renuntiari, vt eſt vi
dere in priuilegio conceſſo marito, ne
conueniatur vltra quam facere poteſt,
de quo loquitur ibi text. & de priuile
gio competente clericis, de quo in ca.
ſi quis ſuadente diabolo: 14. quæſtio-
ne. 3. quod etiam per clericum volen-
tem non poteſt remitti. vt eſt text. ſin-
gularis & vnicus in cap. contingit de
ſententia excommunicationis, vbi ſin
gulariter habetur, quod percutiens cle
ricum conſentientem pro ſatisfactio-
ne iniurię ſibi illatæ incidit in Canon.
ſi quis ſuadente: ratio eſt, quia priuile-
gium illud eſt conceſſum non perſo-
nis particularibus; ſed ordini clericali
ideo nõ poteſt renuntiari ab ipſis cleri
cis in particulari. Et eadẽ ratione dicen
dum eſt, quod cum priuilegia nobi-
litatis ſint conceſſa ipſi nobilitati, non
poſsint remitti, ſeu renuntiari ab ipſis
particularibus. & in huius partis con-
firmationem faciunt nonnullæ ratio-
nes adductæ per dominum Doct.
Couarru. lib. 2. Varia. reſol. cap. 1. in il-
la quæſtione quam ibi examinat. ſ. an
poſsit quis renuntiare beneficio ceſsio
nis bonorum, & ex hoc aliquando di
citur, quod. ll. 4. & 5. in titu. de los hi-
jos dalgo in ordi. rega. quæ diſponũt
que el hijo dalgo no ſea pueſto a que-
ſtion de tormento, ni encarcelado por
deudas, y que le ſea dexado las armas
y cauallo, o mula en que anda, y las ro
pas de ſu perſona y cama en que duer
me, y caſa en que biue. &c. non poſ-
ſint expreſſe renuntiari ab ipſo, quod
an in facti contingentia obſeruaretur,
dubito; quia vidi iam contigiſſe; &
dubitatũ fuiſſe apud Cæſaris audito-
res hic aſsiſtẽtes. Circa quod poſt pri-
mam editionem inueni, quòd gloſ.
Gregoriana. in l. 34. titul. fina. parti. 7.
verſ. de ſangre. diſtinguit inter priuile
gium torturæ, & alia ſupra dicta, di-
cens nobilem non poſſe renũtiare tor
turæ priuilegium: cùm non ſit domi-
nus membrorum ſuorum: priuilegiũ
vero carceris poſſe renuntiare. Moue-
tur ea ratione, quia cum per actum ta-
citum puta, ſiẽdo arrendador: o coge-
dor de los pechos reales puede ſer en-
carcelado vt in l. 4. tit. 2. lib. 4. ordi. ita
etiam per actum expreſſum renuntia-
tionis: quæ opinio in hoc vltimo mẽ
bro (ſalua tanti viri authoritate) mihi
maxime dubia eſt, tum quia ratio ſu-
perioris mẽbri militat etiam in hoc ſe
cũdo: nam qui corpus ſuum obligat
perpetuo carceri proculdubio domi-
niũ ſui corporis naturale amittere vi-
detur, tum etiam quia ratio per ipſum
adducta de dicta. l. 4. tit. 2. ſcilicet, que
pues por ſer arrẽdador, o cogedor pier
de el beneficio de la carcel le pueda per
der por renunciacion expreſſa, non o-
mnino concludere videtur, quia illic

ſpecialiter fauore redditũ regalium, id diſpoſitum inuenitur, qui ſpecialis caſus generale ius incõtrariũ firmat; tum etiam quia publicanorum officium alienũ eſt à nobilitate, nec iuris meretur priuilegium vt ſupra dictum eſt, & deniq; quia non eſt conſequentia neceſſaria id poſſe renuntiatione expreſſa fieri, quod alicuiꝰ qualitatis vel officij, ratione tacite fit: nõnunquam enim fortiora ſunt ea quæ tacito conſenſu vel re ipſa inducuntur, quã quæ expreſsis verbis aguntur vt late per omnes in l.cum quid.ff.ſi cert. peta. & in l.1. C. qui admitti, & ſtatim latius dicetur infra iſto eodẽ capite. nu.16. & in hac opinione tanq̃ communi & in praxi recepta reſidet dictus doctor Couar.li.2.Varia.Reſo.c.1.nu.7. vbi plura in id iuriũ argumenta et doctorũ autoritates refert adeo vt ſi ipſa carceris renũtiatio iuramẽto ſit vallata dubitet an priuilegiũ excludat. Quę opinio hac etiã manifeſta ratione cõprobatur quia ſpecialiter conceſſum eſt incolis prouinciæ Cantabriæ à Cæſare & Rege nr̃o reſcripto et ſchedula particulari, vt poſsint incõtractibus et conuentionibus renuntiare iuri nobilitatis quantũ ad carceris incluſionẽ et non vltra: Ergo citra ſpecialem hãc regis conceſsionẽ non poterant id facere iure cõmuni, quia fruſtra precibus impetrarent, quod iure cõmuni eis cõcederetur, iuxta vulgata. Soli ergo nobiles Cantabriæ ſpeciale hac conceſsione carceris parti priuilegium renuntiare poterunt, in quibus opinio Gregoriana poterit locũ habere. Et quia frequenter in hac Pinciana Chancellaria ſolet incidenter dubitari de intellectu dictę prouiſionis, libuit hoc loco eius tenorem ad literam inſerere, quia non reperitur excuſa, & aliqua circa eius obſeruationẽ adnotare, quæ non erũt prorſus extranea ab his dequibus modo ſermo erat, tenor reſcripti talis eſt.

Doña Iuana y don Carlos.&c. Salud e gracia, ſepades que el Licẽciado Iuan Sãchez de Salzedo, e Martin Martinez de Hercilla, e Iñigo de Guiçaçaga, e Iuan Perez de Murua, en nõbre e como procuradores, de las villas e ciudad e tierra llana del dicho nueſtro noble y leal Condado, y Señorio de Vizcaya, nos hizieron relacion por ſu peticion, diziendo que los vezinos del dicho Cõdado ſon mercaderes, y perſonas que continuamente entienden en tratos y mercaderias, y a cauſa de las leyes de nueſtros Reynos, que diſponẽ que los hijos dalgo por deudas no puedan ſer preſos muchas vezes dexan de pagar lo que deuen, y ſabiendo la libertad que tienen no ponen la diligencia y cuydado que podrian pagar ſus acreedores, de que los vezinos del dicho nr̃o Cõdado, y generalmente todos nueſtros Reynos reciben mucho daño y agrauio. Porende que a nos ſuplicauan e pedian por merced: que para remedio de lo ſuſodicho, mãdaſſemos q̃ las leyes de Toledo, Toro, e Alcala, e Madrid, y las otras leyes, que diſponen en fauor delos hijos dalgo de nueſtros Reynos, para que no pueden ſer preſos ſus perſonas, ni les ſean prendadas ſus camas, y





caſas, e armas, e cauallos, las pudieſſen renunciar en los contratos, y contrataciones: que en qualquier manera ſe hizieſſen, y otorgaſſen en el dicho Condado, aunque los dichos tratãtes fueſſen vezinos y naturales del dicho Cõdado, o de fuera del, haziendoſe en el dicho Condado el tal contrato y que en el dicho contrato obligacion, y traſpaſſo, e otra qualquier ſcriptura, que ſe hizieſſe, que renunciaſſen las dichas leyes, no pudieſſen gozar ni gozaſſen de tal eſencion, e priuilegio, antes fueſſen como ſi no fueſſen hijos dalgo, o las deudas fueſſen a nos deuidas o pertenecientes a nueſtra camara e fiſco: porque de otra manera ſi las dichas leyes ſe guardaſſen indiſtinctamente, el dicho Condado y ſus tractos, y perſonas contratantes ſe perderian y ſe ſeguiriã mucho daño e incõuenientes en toda la tierra del dicho Condado, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del mi cõſejo e comigo el Rey conſultado, fue acordado, q̃ deuiamos de mandar dar eſta nueſtra carta, para vos en la dicha razon. E nos tuuimos lo por biẽ, por la qual ſuplicacion e pedimiento, de las dichas villas, ciudad e tierra llana de nueſtro Condado, y Señorio de Vizcaya, dimos licencia y facultad a todos los vezinos y moradores, omes hijos dalgo, e a cada vno dellos, que en los contratos e obligaciones que hizierẽ en qualquier manera, puedan renunciar e renuncien las dichas leyes, de nueſtros Reynos, de q̃ yuſo ſe haze mencion e otras qualeſquier leyes, que diſponen en fauor delos hijos dalgo deſtos dichos nueſtros Reynos. Anſi aunque las perſonas, entre quien ſe torgare el dicho contrato ſean legitimos del dicho Cõdado como fuera del Condado, que el tal contracto e obligaciones ſe hagan dentro del dicho nueſtro Condado e Señorio de Vizcaya. Por eſta dicha nueſtra carta mandamos a vos las dichas nueſtras juſticias e a qualquier de vos, que los dichos cõtractos e obligaciones que anſi ſe otorgaren en la forma ſuſo dicha, en que ſe renunciaren las dichas leyes de nueſtros Reynos, que diſponẽ en fauor de los dichos hijos dalgo dellos las executeys e hagays executar quanto con derecho deuays en las perſonas que en ellas ſe obligaren, como ſino fueſſen hijos dalgo ſin embargo de las dichas leyes. E porq̃ lo ſuſo dicho ſea publico y notorio mãdamos que eſta nr̃a carta ſea pregonada publicamente en el dicho nueſtro Cõdado en las villas e ciudad del que fuere neceſſario por pregonero, e ante eſcriuano publico por manera q̃ venga a noticia dellos, e ninguno pueda pretender ignorãcia e los vnos ni los otros. &c. Dada en la ciudad de Barcelona, a diez y ſiete dias del mes de Iulio. año de M.D.XIX. Yo el Rey.

Eſt tamen aduertendum, que deſpues de la data deſta prouiſion, el Año de quinientos y treynta y ſiete, los vezinos del Condado y Señorio de Vizcaya hizieron copilacion de todos los fueros, vſos, y coſtumbres, priuilegios, franquezas, y libertades que

ellos tenian, y copilados en vn libro los traxeron a cõſejo real el dicho año de treynta y ſiete, para que les fueſſen confirmados por el Emperador nueſtro Señor, ſegun que por los Reyes ſus predeceſſores les auian ſido concedidos y cõfirmados. Y viſto el dicho libro y copilacion de fueros, el Emperador nueſtro ſeñor los confirmo, entre los quales ay vn fuero y ordenança que expreſſamente prohibe, q̃ ningun Vizcayno del dicho Cõdado: y Señorio de Vizcaya, pueda ſer preſo por deuda q̃ no deſcienda de delicto, aunq̃ expreſſamente aya hecho renunciacion de ſu hidalguia: & verba dicti fori, qui eſt tertius in ordine ſub tit. de las entregas y executiones ſunt hæc.

Otroſi por quãto en Vizcaya todos los Vizcaynos ſon omes hijos dalgo, y por tales conocidos, tenidos y auidos cõmunmẽte reputados, y an eſtado y eſtã en eſta poſſeſsiõ vel quaſi: de ſer hõbres hijos dalgo, no ſolamente de padre y abuelo: pero de todos ſus anteceſſores, y de immemorial tiẽpo aca, y entre otros priuilegios y libertates y eſenciones dados por ſu Alteza a los omes hijos dalgo es eſte. Que por deuda alguna q̃ deſcienda de delicto, vel quaſi no ſea preſo el tal hidalgo, ni tomada ni executada la caſa de ſu morada e ſus armas, e cauallo, y a eſte tal priuilegio expreſſamẽte por el hidalgo no ſe puede renũciar. Dixeron q̃ eſtableſciã por fuero y por ley que por deuda algũa, q̃ no deſciẽda de delicto vel quaſi: Vizcayno alguno ſea preſo ni detenido en carcel, ni ſea executada la caſa de ſu morada ni ſus armas ni cauallo, aunq̃ en la tal obligacion, o ſentencia, contracto, o eſcriptura por virtud de q̃ ſe pide captura del, y execucion de ſu caſa, armas, y cauallo expreſſamente aya renunciado ſu hidalguia ſo pena que allende de ſer la dicha execucion ninguna el juez q̃ diere mãdamiento de captura contra Vizcayno, e ſu caſa, e armas, e cauallo caya, e incurra en pena de diez mil marauedis por cada vez q̃ mandare lo cõtrario, repartidos la mitad del: para el tal Vizcayno, q̃ fuere mandado prẽder y la otra mitad repartida en dos partes, la vna mitad para los pobres del oſpital de eſſe lugar, y la otra mitad para los reparos de los caminos de Vizcaya.

Qui forus licèt vt aliqui teſtãtur tantũ obſeruẽ en la tierrallana del dicho Cõdado, y no en las villas y ciudad, eo quòd en la jũta general q̃ ſe hizo para hazer la dicha copilacion de fueros, no interuenierõ procuradores de villas y ciudades, ſino de las antigleſias, vt ex eo patet, ab alijs tñ contrariũ defendiẽ & ſic quòd vniuerſaliter in villis, & ciuitatibus comitatus obſeruẽ. Secũdũ quã vniuerſalem obſeruationẽ dicti fori in hoc regio prętorio latas fuiſſe ſententias certũ eſt, & certe cõſonant vniuerſalia verba poſita in titulo libri et fere ſemper in omni eius parte: ſe dize franq̃zas y libertades de los caualleros hijos dalgo del Señorio de Vizcaya, y parece q̃ ſi los q̃ copilarõ eſtos priuilegios y ordenãças del Condado, quiſiera q̃ ſolamẽte ſe entendierã entre los vezinos y moradores de la tierra llana pues era coſa tan importante, lo declararan, argumento. l. 8. §. ſin autem ad deficiẽtis. C. de cad. toll. c. ad audientiam de deci. Quapropter cùm verba ſint tam vniuerſalia, como es Condado, y Señorio: nullus locus nec perſona totius comitatus cẽſetur excluſa, imo comprehendunt omnia loca, villas, & ciuitates contentas intra limites illius prouinciæ & comitatus arg. tex. in l. 1. §. cũ vrbẽ. ff. de offi. præfect. vrb. in verſi. quicquid & Bal. per illũ tex. in conſi. 286. Rex Romanorũ col. 4. 3. vol. conſi. y anſi por los procuradores de la villa de Bilbao, y de todas las de mas villas y ciudades del dicho Cõdado cõ poder eſpecial para el effecto eſta pedida confirmacion al Rey Catholico, y Reyna doña Yſabel y al Emperador nueſtro ſeñor del dicho fuero y de los priuilegios, frãquezas, y libertades, enel contenidas. En las quales confirmaciones ſe haze mẽciõ a cada paſſo de villas y tierra llana ſegun por ellas parece q̃ eſtan en la dicha copilaciõ a fojas. 52. y. 53. quia tñ iſte articulus eſt facti & etiam nũc lis pendet ſuper iſto dubio: & quia etiã ſecundũ primã opinionẽ latę ſunt etiã in hoc regio prętorio ſentẽtię pro nũc lectoribus liberũ iudiciũ relinquo. Itẽ videtur expreſſum, quod liberis non noceat ſpontanea patris, vel aui munerum ſolutio, & agnitio. vt eſt text. in. l. fina. C. de his qui ſpon. & in. l. pe. eo. tit. Præterea pro hac eadẽ parte videtur textus expreſſus qui quotidie adducitur per aduocatos in fauorem huius opinionis in l. 3. in prin. ff. de interdictis & relega. cuius verba ſunt.

Eũ qui ciuitatẽ amiſit nihil aliud iuris adimere liberis, niſi quod ex ipſo peruenturum eſſet ad eos, ſi inteſtatus in ciuitate moreretur, hoc eſt, hæreditatem eius, & libertos, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt, quæ vero non à patre ſed à genere, à ciuitate, à rerũ natura ea manere eis incolumia, ſequitur ratio: non enim hoc pater ſed maiores eius eis dediſſe. Ex his verbis videtur, quòd cùm nobilitatis ius deſcendat in liberos à genere, & nõ à patre, non poſsit tolli per factum patris agnoſcentis, vel ſubeuntis onera, vel tributa, ſed remaneat liberis, & deſcẽdentibus incolume, vt ſupra dicitur. facit text. in l. ſi te. C. de ingenuis, & manu. & in l. diui. §. 1. ff. de liber. cauſ. per quæ iura expreſſe hoc tenent Bal. & Salic. in l. 2. C. quibus res iudi. non nocc. Quorũ doctrinam ſequitur, & confirmat Tiraquellus in tract. nobil. c. 37. nu. 13. In hac quæſtione, omiſsis aliquibus rationibus, quæ pro vtraq; parte poſſunt adduci, ego crederẽ diſtinguendũ, vel reſpondendum per duas, vel tres concluſiones, aut ius nobilitatis erat perfectè cauſatũ, & in eſſe productum antequã pater vel auus ſuſcepiſſent ſeu agnouiſſent ſponte onera, vel tributa: puta, quia remota perſona iſtius qui agnouit, poterat tunc cõſtare de immemoriali poſſ. aliorũ aſcẽdentiũ, vel de titulo ſanguinis, vel pri
10 uilegij ſanguinis, digo de ſolar conocido y antiguo, vel de re iudicata aſcẽdentiũ, que tuuieſſen executoria baſtãte de hijos dalgo: & iſto caſu crederẽ,

quod nõ noceret litigãti, q̃ ſu padre o
abuelo ſe ouieſſen allanado apechar:
quia cũ ius hoc eſſet perfectè cauſatũ,
& in eſſe productũ ab alijs aſcendenti
bus, & per cõſequens nõ deriuetur in
litigantẽ à patre, ſed à genere & maio
ribus, nõ põt præiudicare deſcẽdenti-
bus factũ patris, vel aui per d.l.3.ff.de
interd. quæ videtur propriè hic vendi
care locum: & iſto caſu poſſunt intel-
ligi.l.ſecunda & pen. & fin.C.de his,
qui ſpõ. & ibi Plate.

11 Nec obſtat, ſi dicatur, quod ex eo,
quod illud ius nobilitatis non eſt con
tinuatũ per patrẽ, vel auum, in iſtũ nõ
poteſt nobilitate maiorũ gaudere.arg.
text.in l.diuo Marco. C.de quæſt. ibi
dum dicit: ſi tñ per prioris gradus libe
ros, per quos id priuilegiũ ad vlterio
rẽ gradum trãſgreditur, nulla violati
pudoris macula aſpergit: per quem te
xtum cõiter dicitur, quod dignitas vel
priuilegiũ aſcendentiũ ita trãſit, & de
ſcendit in deſcẽdentes ſi in nulla per-
ſona intermedia ceſſauit: ergo eodẽ iu
re & ratione videtur dicẽdum, quod
nobilitatis ſeu generis ius ita deſcen-
dat in deſcendentes, ſi in nulla perſo-
na intermedia ceſſauit.

12 Item quia, vt dictũ eſt, pragmaticæ
expreſſè videntur dicere, q̃ ſea mene-
ſter probar de padre y abuelo, quod
iſto caſu videtur impoſsibile: quia me
diũ inhabile impedit extrema cõiun-
gi.l.qui ſella.§. in ruſticis.ff.de ſerũ.ru
ſti.præd.cũ alijs. Quia ad hãc obiectio
nẽ poteſt multipliciter reſpõderi. Pri-
mo, quod illa lex loquitur, & intelligi
tur quãdo dignitas, vel priuilegium
ceſſauit per delictũ patris, vel aui, hic
quando ſine delicto per ſolam omiſ-
ſionem, vel negligẽtiam patris: vel ex
eo quod data opera voluit iniuriam li
beris & generi inferre, vt alias dixit te
13 xtus in l.1.ff.de libe. cau. quo caſu o-
miſsio, vel remiſsio illorũ, vel dolus
non debet cæteris nocere: nam iuris re
gula eſt ordinaria, factum vel odium
paternũ nõ præiudicare filijs. l. ſi quis
in ſuo.§.legis. C. de inoffi. teſta. cum
ibi tradi.l.prima: vbi Bald. & Sali. C.
de bonis liber.l.ſecunda. & ibi. Doct.
C. de liber. & eorum liber. Et vt ait
Statius Poëta in primo Thebaidos.

*Patrum nec culpa nepotibus obſtat.*

facit. l.diui fratres.ff.de iure patro. vbi
ex nota patris non perdit nepos iura
libertorũ aui: nec ex facto patris nota-
tur filius: præterquam in crimine læſæ
Maieſtatis diuinæ, vel humanæ. vt in
d.l.quiſquis.§.in filijs, & in c.vergẽtis
de hęre. & in.c.ſi quis cũ militibus.6.
q.1. Vel aliter, & ſecũdo, quod ille tex.
in d.l.diuo marco cũ regula ex eo de-
ducta, nõ habet locum in noſtra con
cluſione, quando tempore quo ceſſat
dignitas in aliquo gradu vel perſona,
iam ius dignitatis, vel nobilitatis erat
perfectè cauſatũ, & in eſſe productũ
ab alijs aſcendentibus maioribus, &
per conſequens quęſitum toto generi
& poſteritati: nã iſto caſu nihil nocet
delictum, vel ceſſatio patris, vel alicu-
ius perſonæ intermediæ: cum hoc ius
non deferatur à patre, ſed à genere &
maioribus. vt in dict.l.3.ff.de interdi-
ctis, & relega. facit textus ſingularis
in l.vnũ ex fa.ff.de lega.ſecundo.l.co-
hæredi.



hæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulga. & quo
tidianus in propoſito in l.emãcipatũ.
§.fin.ff.de ſena. vbi dicitur, quod ille
qui eſt filius, & nepos ſenatoris etiam
ſi pater amittat dignitatẽ ſenatoriã, ne
pos ex perſona aui põt illa gaudere,
imo ſi erat conceptus filius ante casũ
patris, non nocet illi. Ratio huius vlti
mi eſt, quia iam eſt quęſitum ius fi-
lio concepto, quod non poteſt ab eo
tolli. Eadem ergo ratione dicendum
eſt, quod cum tempore quo pater vl'
auus perdunt ius nobilitatis per ſpõ-
taneam ſolutionem tributorũ, ſit quę
14 ſitum ab alijs maioribus ius hoc, non
10 Quæro inſuper, an deſcendẽtes iſtius contra quem fuit lata talis ſentẽtia, quæ tranſiuit in rem iudicatã,poſſint preſcribere cõtra illã taliter, quòd per quaſi poſſeſsio. immunitatis temporis immemorialis poſsint obtinere in proprietate, vel per quaſi poſſeſsio.patris, & aui, & ſui ipſius ſine immemoriali poſsint obtinere in poſſeſ.etiam ſi conſtet,quòd proauus fue pronunciado por pechero? & videtur quòd ſic: ex eo, quòd per quaſi poſſ. illius temporis inducitur præſcriptio à legibus,& pragmat. ſimpliciter & abſolute.Sed hoc non obſtante crederem,quòd nõ poſsint preſcribere proprie.nec poſſeſsio.quia iſti deſcendentes,qui veriſimiliter ſcire præſumũtur de lite aui & ſententia,ſunt in mala fide.tum etiam,quia cum cõſtet de origine aui per proceſsũ et ſnĩam illius per cõſequens ex defectu tituli nõ poterunt obtinere maxĩe in proprietate. Nec obſtat, quod probata immemoriali videtur probatus titulus ex regula tex.in l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua.quot.& eſtit.quia ipſa preſũptio vel probatio titu.eliditur per ſententiã antiquiorẽ & proceſſum illius: ex qua reſultat maior præſumptio q̃ tollit minorẽ,vt in l.diuus.ff.de in integ.reſt.Bene fateor,quòd ſi ab initio litis iſte particularis allegaſſet priuilegiũ immunitatis,& exceptionis,& ad ipſius probationẽ ĩduceret teſtes, qui deponerent de quaſi poſſ. immunitatis illius & patris,& aui,et cõcluderẽt in immemoriali,forſan iſto caſu poſſet obtinere ex vi priuilegii ex notatis, & late traditis per Balb. ĩ ſuo tractatu præſcri.in.2.par.5.principa.nu.34. ad quẽ in hoc articu.me remitto.

Quæro inſuper,an queadmodũ ad hoc,vt proſit res iudicata particularire quiritur,q̃ por virtud de la ſentẽcia y carta executoria aya gozado y eſtado en quaſi poſſ.conforme a las pragma. de quibus ſupra, vtrũ eodẽ modo ad hoc,quò noceat requiratur ex parte Fiſcalis,& cõitatum,quòd ſnĩa & res iudicata,q̃ llamamos executoria auida cõtra el particular,ſe aya guardado y
11 executado cõtra el,o algũo de ſus hijos,haziendoles pechar como a pecheros por virtud dela tal ſentẽcia.Credo quòd non ſit hoc neceſſariũ:cũ illud, quòd diſpoſitũ eſt,per pragma. introductum ſit in fauorẽ Principis,& nõ inueniatur idem diſpoſitum in caſu iſto



iſto maximè, quia ex parte principis, vt ſæpè repetitũ eſt, aſsiſtat ius cõmune,quo mediante omnes tenentur ad tributorũ ſolutionẽ: ex parte vero particularis reſiſtit, & ideo ex ſola ſententia ſine vſu,& executione illius, quaſi ex ſolo titulo ſine traditione,non quęritur dominium,nec quaſi, vt in iuribus vulgatis:verumtamen eſt,que las pragmaticas obligan al Fiſcal a ſeguir los pleytos haſta ſacar carta executoria contra los vencidos,vt habetur in pragmatica de Medina del Campo del Año de.M. CCCCXXXVI.folio 175.Y eſto lo puede y deue hazer,(aũque el concejo, nõ quiera) a coſta del dicho concejo, etiam quando las ſentencias ſon dadas en rebeldia,ſegun la opinion de los Alcaldes de hijos dalgo, quorum opinio ſemper mihi fuit ſuſpecta de parte de las doblas q̃ ellos pretenden: y por tanto yo no ſeria en ſacar carta executoria de las ſentencias en rebeldia,porque ſeria grande coſta para los concejos y poco fruto para ellos,y para el Rey:por razõ que como eſtas ſentẽcias dadas en rebeldia, y ſin probanças non faciant ius inter alias perſonas etiam contra filios,vel deſcẽdentes,ſegũ aquella doctrina de Alb. y todos en la l. ingenuũ,de ſtat.ho.de quo ſupra dixi,paruæ vtilitatis eſſet,ſacar carta executoria.Y lo miſmo digo quando el litigante ſe allanaſſe durante el pleyto: ſatis enim eſt his caſibus, hazer ſacar vn teſtimonio de la ſentencia o allanamiento:o embiarle al concejo del lugar para que le guarden y pongan en los Archiuos.

12 Poſtremò, quæro de quæſtione noua in hac materia, quam ego nouiter deduxi in lite ventilata in hac Cancelaria contra los Portillos de villa Rubia.ſcilicet.an.l.63.in.ll.Tauri que dize que el derecho de executar por actiõ perſonal y executoria dada ſobre ella ſe pierde por. 20.años.&c. aya lugar en eſtas cauſas de hidalguia.Verbi gratia,vno litigo ſobrella,y vuo ſentẽtia:o ſententias en ſu fauor en poſſeſſiõ: o propri.y no ſaco carta executoria della: o ſi la ſaco no vſo della por 20.annos. Poſtea vero mouetur ſibi, vel filiis ſuis quęſtio ſuper eadẽ cauſa: ipſe opponit de reiudicata,& petit ante omnia.d.ſententiã mãdari executioni vt impediat ingreſſum litis, vel ſaltem non teneatur durante lite ſoluere tributa:certe nunquam vidi,nec audiui dubitatum fuiſſe de hac quæſtione, crederẽ tamen ſub correctione maiorũ,quòd d. l. Tauri habeat locũ in his cauſis,& quòd ſi prædicto caſu per fiſcalẽ,vel cõmunitatis ſindicum opponatur, vel replicetur cõtra particularis petitionẽ,diziendo q̃ la ſentẽcia y carta executoria q̃ alega no ſe deue executar.porq̃ ha perdido la fuerça y virtud executiua per tranſcurſum. 20.annorum, quòd obtinerẽt in hoc articulo,y que el particular ſeria obligado a ſeguir ey pleyto ordinariamente,y ſolamẽte ſe podria aprouechar de ſu ſentencia,y carta executoria:in vim probationis,et nõ in vim rei iudicatę.Et pro iſta opinione poſſunt adduci plures rationes iuris, quas ſingulorum conſiderationi relinquo,ex eo, quòd nulla

 videtur

videtur in contrarium, propter quam iſto caſu veniat limitanda dict. l. Tauri: maximè cum dict. pragmatica domini Regis Henrrici, videatur hanc opinionem fauere, ex eo, quòd dicit, que los que tuuieren ſentencias y cartas executorias, y por virtud dellas vuieren eſtado en poſſeſsion de no pechar. &c. his enim verbis videtur denotari, que la ſentencia y carta executoria que no ſe ha executado, non habet vigorem executiuum ex eo, quòd nõ fuit mãdata executioni. Aſsi lo alegue, y dixe informãdo en aq̃l pleyto de los portillos, q̃ tenian ſentẽcia en propriedad. 40. años, y nunca auiã ſacado carta executoria: y agora queriã ſacarla, y vſar della, quod ego cõtradicebã. Sed quia in lite iſta dubitabatur etiã de alijs articulis, & erant plures aliæ circũſtantię pro & cõtra, & adhuc pẽdet in gradu ſupplicationis, non refero alias ratiões, nec refero auditorum iudiciũ, vel ſententiam. Satis eſt, que el pleyto fue remetido por muchas ſalas.

*SVMMARIVM ex capite ſequenti.*

1 *An aliquo caſu poſsit re⁹ particularis abſolui quãdo fiſcalis & cõitas prouocauerunt?*

2 *An detur regreſſus fiſcali & communitatibus aduerſus particularem, qui obtinuit per rem iudicatam?*

3 *Infra quãtum tempus poßit agi de nullitate.*

4 *An in his cauſis poßit conſiderari enormißima læſio, vt competat reſtitutio intra. 30. annos.*

5 *Fiſcali nõ currit tẽpus à die notificationis actorũ, ſed à die quo illi traditur proceſſus.*

## An in his cauſis finito iudicio in fauorem particularis detur regreſſus Fiſcali, & intra quod tẽpus, & an in inſtantia reſtitutionis cogatur contribuere?

### CAP. V.

1 QVAERO vlterius, an iſto caſu quando Fiſc⁹ prouocauit, poſſit aliquo caſu abſolui reus per ſentẽtiam ſine aliqua condemnatione? Reſpondeo, quòd nõ: quia cum ex parte Principis ſit fundata ipſius intentio: neceſſario eſt condemnandus ipſe particularis, ſi non probauit, quòd tenebatur ſecundum formam pragmaticarum, & cum lite pendente ipſe reus ſoluat tributa, y le ſaquen prendas, ipſamet abſolutio eſſet ſine effectu, ſino le declaraſſen por hijo dalgo, y le mandaſſen boluer ſus prendas, & propterea nunquam talis ſententia abſolutoria fertur, niſi eo caſu, quo reus habet rem iudicatam in poſſeſsione: & Fiſcalis, & communitas, qui prouocauerunt in petitorio, non probauerunt ſufficienter, nec ipſe particularis in hoc iudicio proprietatis probauit. Iſto enim caſu aliquando ab aliquibus iudicibus fertur ſententia abſolutoria, vt ſupra dictum eſt, & operatur effectum, de quo ſupra latè dixi, in. 2. part. 3. princip. c. 5. quæ opinio videtur



videtur fundari ex textu illo ſingulari in l. diui fratres. §. pen. & fina. ff. de lib. cauſ. & per l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iure iur.

Dubium tamẽ eſt difficile an iſto caſu quo fiſcus prouocauit ad iudiciũ agens petitorio vt ſemper fit & ipſe particularis reus probauit id quod ad obtinendum in poſſeſſorio neceſſariũ eſt, & petierit ſententiam ferri ſuper poſſeſſorio, an iſto caſu ſententia poſſit ferri in eius fauorem, vt manu teneatur in ſua poſſeſsione: y ſe de por el ſentencia en poſſeſsion general, o particular, & certè de iuris rigore nullatenus ſic poſſe pronuntiari videtur: cum ſententia iſto caſu non eſſet conformis libello, in quo de proprietate duntaxat actum eſt. & hanc opinionem in praxi plures ex vtroque regis prætorio Granatenſi, & Pinciano ſecuti ſunt licet aliquando ab eiſdem in aliam ſententiam itum ſit vt refert meritiſsimus Archiepiſcopus Doctor Couarru. in lib. primo Reſo. cap. 16. nume. 10. vbi hanc vltimam opinionem ſub dubio admittit, ſi modo ex parte fiſci probatio rei particularis in poſſeſsione contraria probatione non diluatur: nam eo caſu quo fiſci procurator aliquid probauerit proculdubio certum eſt non poſſe in poſſeſsione ſententiam ferri.

Quæro etiam, an poſtquam particularis obtinuit in poſſeſsione & propri. & habuit rem iudicatam per ſe, y ſaco carta executoria, detur regreſſus Fiſcali, vel communitati contra illum. Reſpondeo, aut quadriennium non eſt elapſum, & iſto caſu iure reſtitutionis poteſt appellari à ſententia, y pedir que buelua el particular la carta executoria, præterquam niſi illa ſentẽtia fuit in gradu ſupplicationis, que llamamos reuiſta, quia à tali ſententia (vt notum eſt) non ſupplicatur: vel niſi expreſſe fuerit approbata conſenſu Fiſcalis, & communitatis, quibus fuit intimata. Aut quadriennium eſt elapſum & tunc non datur regreſſus, niſi illis caſibus, quibus de iure communi datur ad reſcindẽdas ſententias, ſcilicet, per viam colluſionis: vel ſi detegatur, quod fuerit lata ex falſis teſtibus, vel inſtrumentis, vel dolo iudicantis, de quibus ſingulis ſuis locis tractatur, ſcilicet, titulo de colluſi. detegen. & in titulo. C. ſi ex falſis inſtrum. & in l. Imperator. ff. de re iudicata. & in lege prima. titulo. 26. partita tertia.

Vnum tamen eſt notandum, quod durante lite ſuper his articulis, vel aliquo eorum particularis gaudebit, & defendetur in iure & poſſeſsione per ſententiam quæſito: nec compelletur contribuere lite pendente vigore pragmaticæ. vt eſt textus ſingularis. in l. penult. §. primo. ff. de collu. detegen. Cuius verba referam capite ſequenti, quod ſane intelligẽdum eſt dummodo oſtendat rem iudicatam in ſui fauorem vel patris, vel aui: & doceat ſe filium vel nepotem legitimum & obſeruantiam ipſius ſententiæ.

De nullitate verò ſententiarum poterit tractari intra ſexaginta dies. vt 3 in l. ſecunda. titulo. 25. libro tertio. ordin.

din. niſi eo caſu, quo nullitas eſſet manifeſta, & talis, ex qua reſultaret iniquitas & enormis læſio & iniuſtitia.

4 Nam iſto caſu, etiam poſt multum tēpus, & poſt plures annos poſſet agi ratione enormiſsimę læſionis, & manifeſtæ nullitatis, & iniuſtitiæ. argumento textus ſingularis. in l. fina. titulo finali partita. 6. & gloſæ ordinariæ: & ibi notatorum in ca. primo. de in integrum. reſti. lib. 6. & in l. ſecunda. C. de reſcin. vend. & in authentica Sacramē ta puberum. C. ſi aduerſus vendi. & in capit. primo de iure iurand. vbi late per Felinum.

5 Eſt etiam aduertendum, que al Fiſcal no le corre termino para reſponder, ni appelar, y ſuplicar de los auctos y ſentencias que le notifican, haſta que le entreguen el proceſſo, y ſe le lleuen a ſu caſa, quando el lo reſpōde aſsi (vt ſemper fit) aſsi eſta diſpueſto por la ordenança final deſta Chancilleria: y por eſto ſiempte el Fiſcal a todos los autos y ſentencias que le notifican reſponde que le lleuē el proceſſo y haſta tāto no le corra termino, quod ſumma cum ratione ſpecialiter ei conceſſum eſt, tum propter officij authoritatem, tum etiam propter cauſarum & negotiorum multitudinē, quibus non facile, nec vt decet, poſſet ſatisfacere, niſi conueniens temporis ſpatium ei concederetur, & forſan Cæſaris patrimonium, & ius ipſius periclitaretur, niſi Fiſcalis de ſingulis cauſis, & negotijs attente & conſiderate allegaſſet. Si vero ipſe Fiſcalis non petat ſibi proceſſum tradi (quod raro, vel nunquam facit) currerent illi iudiciorum termini, ſicut omnibus particularibus.

*SVMMARIVM*
*ex capite ſequenti.*

1 *Lite pendente per viam reſtitutionis à Fiſcale impetratæ an particularis qui habuit ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam cō pellatur contribuere ex diſpoſitione pragmaticæ,*

2 *Diſpoſitio legis, vel hominis ſemel verificari debet. ibi. & numero. 19.*

3 *Pragmaticæ diſpoſitio non habet locum quando particularis, qui litigat, habet rem iudicatam pro ſe, virtute cuius eſt in poſſeſsione immunitatis.*

4 *Res vel perſona ſemel liberata ab aliquo onere non reincidit in illud, etiam ſi reiteretur cauſa.*

5 *Qualitas ſemel aſſumpta perpetuo durat.*

6 *Lite pendente ſuper colluſione iudicij reus gaudet iure & poſſeſsione ſententiæ. & numero. 22.*

7 *Beneficium ſpeciale non eſt conſiderabile ad tollendum iuris communis effectum ibi. & numero. 23.*

8 *Cauſa vel actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*

9 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus ſtatus mutationem hic, & nu. 25.*

10 *Reſtitutio non ſemper datur ad totam cauſam ſed ſolum ad appellandum. ibi. & numero. 14.*

11 *Reſtitutio omnia reponit in priſtinum ſtatū.*

12 *Reſtitutio iuſtitiæ fortior, & potentior eſt quam reſtitutio gratioſa Principis.*

13 *Appellatio ſuſpendit, vel extinguit ſententiæ effectum.*

14 *Vide ſupra num. 10.*

15 *Plenius prouidetur per reſtitutionem, quam per appellationem.*

16 *Remedium extraordinarium cōcurrit cum ordinario, quādo per illud plenius prouidet̃.*

17 *Reſtitutione aduerſus ſententiam poſtulata poteſt minor probationes & allegationes facere.*

18 *Reſtitutione aduerſus ſententiam impetrata non ſolum reſcinditur ipſa ſentētia, verum ſententiæ executio.*

19 *Vide ſupra numero ſecundo.*

20 *Res quæ reuocabiliter ſemel eſt mea poteſt rurſum mea irreuocabiliter fieri.*

21 *Actiones extinctæ tēpore, ſententia, vel acceptilatione reuiuiſcunt per reſtitutionem impetratam.*

22 *Vide ſupra nu. 6.*

23 *Remedium ſpeciale in eſſe & effectu productū cōſiderabile eſt, & efficax hic. et nu. 7.*

24 *Lex vel ſtatutū ſimpliciter tollēs exceptiones, non tollit illas, quæ iure ſpeciali cōpetunt.*

25 *Libertas non reuocatur per beneficium reſtitutionis.*

26 *Merita cauſæ & circunſtantiæ multū ſunt cō ſideranda ad huius quæſtionis deciſionem.*

27 *Reſtitutio malitioſe poſtulata non eſt concedenda.*



## An particularis, qui obtinuit in cauſa immunitatis in prima, vel ſecunda inſtantia, & habet rem iudicatam in ſui fauorem: cogetur contribuere pendente rurſum lite in gradu reſtitutionis, & appellationis vigore pragmaticæ.

*CAP. VI.*

1 SED circa iſtam partem, & pro ipſius cōplemento, Quæro de quæſtione, quæ proximis præteritis diebus in facti contingentia ſucceſsit, in cuius deciſione non facile iudices interſe conueniebant, ſcilicet, an ſi ex parte fiſcalis, & cōmunitatis impetretur reſtitutio intra quadriēnium aduerſus ſententiam in fauorem particularis latam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & inſimul appelletur ab ea, & proſequantur cauſam in gradu appellationis, vel ſupplicationis, & petant particularem cogi, & compelli ad tributorum contributionem durante lite virtute dictæ pragmaticæ, ſicut cogebatur in prima inſtantia ante ſentētiam. Ipſe vero particularis dicat, non debere contribuere ex eo, quod per ſententiam in ſui fauorem latam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſemel pronuntiatus eſt nobilis & immunis, & liberatus ab onere tributorū. Vtrum iſto caſu lite pendente in gradu appellationis, vel ſupplicationis cogendus ſit contribuere vigore dictæ pragmaticæ? Et pro parte particularis, & quod non ſit cogendus, videntur facere aliquæ rationes.

Prima, quia cùm diſpoſitio dictæ
2 pragmaticæ ſemel ſortita fuerit effectum aduerſus iſtum particularem, quandiu durauit cauſa in prima inſtā tia, & eius effectus ceſſauit per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, videtur quod rurſum non debeat locum habere, ſed ſufficiat pro prima vice effectum habuiſſe: argumento textus, & eorum quę per eum adducuntur in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſigni. vbi ponitur regula, quod in hominis, vel legis diſpoſitione ſatis eſt

tis eſt ſemel diſpoſitionem habuiſſe effectum. faciunt tradita per Feli.latè in c.ſecundo de tregua, & pace: & per Iaſo. in l. quominus. in. 21. quæſtione.ff. de flumi. Ergo diſpoſitio iſtius pragmaticæ, quæ diſponit particularem de immunitate, vel nobilitate litigantem, compellendum eſſe durante lite contribuere: intelligenda eſt durãte prima lite, quæ finita eſt per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam: & ſic de prima lite, non vero de ſecunda, quæ per viam reſtitutionis ſuſcitata eſt: maximè cum dictæ pragmaticę diſpoſitio videatur odioſa, & contra iuris communis diſpoſitionem.

3 Præterea per eandem pragmaticam, videtur, quod iſte particularis iſto caſu nõ ſit compellendus contribuere, quia dicta pragmatica excipit iſtum caſum, ſcilicet, quando el tal que litiga tuuiere ſentencia y carta executoria della, por la qual es pronunciado por hiȷo dalgo: y por virtud della ha eſtado en poſſeſsion de no pechar, por q̃ en tal caſo no quiere que el particular peche, etiam durante lite. Sed hic ſumus in iſto caſu: porque eſte particular tiene ſentencia que paſſo en coſa ȷuzgada, y executoria della: por la qual fue pronunciado por hiȷo dalgo y por virtud deſto eſta en poſſeſsion de no pechar al tiempo que el Fiſcal y conceȷo pide reſtitucion cõtra la ſentencia, y appela della. Ergo ex eiuſdẽ pragmaticæ diſpoſitione videt̃, quod non ſit compellendus cõtribuere durante lite in gradu reſtitutionis, & appellationis.

4 Item facit alia iuris conſideratio, ſcilicet, quando res, ſeu perſona ſemel liberata & exempta eſt ab aliquo onere, vel obligatione, non reincidit in tale onus, vel in primam obligationem, etiam ſi reincidat in primam cauſam, & ceſſet cauſa propter quam exempta, vel liberata eſt. de hoc eſt textus in l.fina.C.de remiſs.pigno. quem dicit ibi Bald. alibi non reperiri, & Salice. dicit eſſe ſingularem, & à multis ignorari. vbi dicitur, quod res ſemel liberata ab onere, & obligatione hypothecæ nõ recidit in primam cauſam, & obligationem, etiam ſi reuertatur in poteſtatem debitoris, cuius bona præſentia & futura erant generaliter obligata: ea ſola ratione, quia ſemel fuit liberata à tali onere, & obligatione. facit textus
5 ſingularis, quem doctores valde cõmendãt in materia tranſmiſsionis in l.videamus, verſiculo ſufficit.ff. de eo quod metus cauſa, vbi dicitur ſatis eſſe rem ſemel acquiſiſſe aliquam qualitatem, vt perpetuo illam cõſeruet. Verba textus ſunt. Sufficit enim ſemel perueniſſe ad proximum hæredẽ, vt perpetua actio eſſe cœperit, & per illum textum dicunt docto. quod licet hæreditas non adita regulariter non trãſmittatur niſi ex potentia ſuitatis ſanguinis & iuris deliberandi. vt in l.tertia. & in l.quoniam ſororem. & in l.ſi infanti. & in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l. vnica. C. de his qui ante aper.tabulas. & in l. vnica. §. in nouiſsimo. C.de cadu.tollen. & in l.ventre. & in l.cum quidam. §. ſuum. ff.de acquir.hære. & in l.apud hoſtes. C.de



C.de ſuis & legi.hære. tamen ſi ſemel fuit tranſmiſſa, ſemper remanet tranſmiſsibilis, & perpetuo ineſt ei iſta qualitas, & ad iſtam concluſionem, & regulam commendauit illum textum Socinus in l. qui duos. §. primo.ff. de rebus dubiȷs.

De perſonis autem eſt textus notabilis in l.qui liberatus. ff. de adoptio. & in l. homo liber. ff. de ſtatu homi. & in l.ſecunda.ff. ſi ingenuus eſſe dica. vbi habetur, quod perſonæ ſtatus ſeu qualitas ſemel mutata non reiteratur, etiam ſi ceſſet cauſa: cum ergo, & in rebus & in perſonis habeamus iſtã regulam, quod qualitas ſemel aſſumpta, vel acquiſita non perditur etiam ceſſante cauſa, dicendũ videtur, quod eo ipſo, quod iſte particularis per ſententiam nobilitatis, & immunitatis, quę tranſiuit in rem iudicatam liberatus fuit ab onere tributorum, & pronuntiatus fuerit nobilis & immunis, & per conſequens aſſumpſerit qualitatem nobilitatis, non ſit compellendus redire ad tributorum ſolutionẽ maximè lite pendente per reſtitutionis beneficium inſtaurata.

Faeit etiam in huiuſmet partis con-
6 firmationẽ textus ſingularis in l. pen. ff.de collu.detege. vbi ſingulariter dicitur, quod ſi cauſa ſemel finita per ſententiã, reſuſcitetur per viam colluſionis allegatæ, mediante qua petitur reſciſsio ſententiæ, quod iſto caſu lite pendente ſuper colluſione ea perſona, quæ per ſententiam pronuntiata eſt ingenua, debet eſſe, & manu teneri in poſſeſsione, vel quaſi, ingenuitatis. verba illius textus ſunt.

Si libertinus per colluſionem fuerit pronuntiatus ingenuus colluſione detecta in quibuſdam cauſis quaſi libertinus incipit eſſe. Sequitur, & facit, medio tamen tempore, ideſt, antequã colluſio detegatur, & poſt ſentẽtiam de ingenuitate latam vtique quaſi ingenuus accipitur. Hæc ſunt verba tex. ex quibus videtur, quòd quemadmodum lite per colluſionẽ ſuſcitata reus tuẽdus eſt in poſſ. ingenuitatis quam per ſentẽtiam habet: ita in noſtro caſu lite per in integrum reſtitutionem reiterata particularis defendendus ſit in quaſi poſſ. immunitatis, & non compellendus contribuere.

7 Item facit alia iuris conſideratio, Beneficium ſpeciale, nunquam eſt in cõſideratione, vt tollat, vel impediat iuris communis effectum: textus eſt reputatus ſingularis in l.quarta. quæ incipit ergo. §. ſi is qui. qui eſt. §. primus. ff. de fideicommiſ. liberta. vbi dicitur, quod reſtitutio, quæ beneficio ſpeciali poteſt competere, non eſt in conſideratione, vt tollat ſeu impediat iuris communis effectum: facit textus ſingularis in l.ſi minor. ff. de acquirend. hæred. vbi notabiliter dicitur, quod ſi minor beneficio ætatis reſtituatur aduerſus hæreditatis aditionem ab ipſo factam, iſto caſu portio ſua vacãs per abſtenſionem beneficio ętatis factam nõ accreſcit cohæredi inuito, licet alias ſi iure ordinario eſſet repudiata accreſceret, & ſic beneficium ſpeciale non mutat, nec alterat ius quæſitũ per ius commune. Ita ergo dici poteſt in noſtra

ſtra quæſtione,ſcilicet, vt beneficium ſpeciale reſtitutionis impetratę à Fiſcale & Sindico communitatis non ſit in conſideratione: vt impediat vel faciat ceſſare effectum iuris communis per ſententiam quæſitum,hoc eſt,ſtatum immunitatis ſeu nobilitatis.

8 Præterea pro eadem parte poteſt adduci regula illa iuris, qua diſpoſitum eſt ſemel extinctam cauſam amplius non ſuſcitari vulgata.l.qui res.§. areã. ff.de ſolu.l.inter ſtipulãtem.§.ſacram. vbi latè per Modernos. ff. de verbor. oblig. facit textus ſingularis in l.eius, qui delatorem.§.finali.ff. de iure fiſci. vbi ſingulariter habetur actiones ſemel aditione extinctas non ſuſcitari etiam ſi aditio inefficax, & inutilis fuerit. & illum textum commendant Moderni in dict.§.ſacram. facit textus in l.ſi ſeruus.la ſegunda.ff. de acti.& oblig.vbi in noſtro propoſito ſingulariter dicitur,quod ſi homo liber effectus ſit ſeruus pœnæ propter delictũ, vel in ſeruitutem priſtinam redactus propter ingratitudinem, & rurſum ad libertatem indulgentia, & beneficio principis reſtitutus, non propterea redit, aut reincidit in primæuas creditorum ſuorum obligationes: ita ergo dicendum videtur, in hoc caſu quod per reſtitutionis auxilium à Fiſcale impetratum iſte particularis non reincidat in obligationẽ priorem ſoluendi tributa lite pendente,à qua liberatus fuit ſemel per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam.Diſpoſitio enim & effectus pragmaticæ,qua mediante lite pendente cogebatur contribuere, per ſententiam ſemel fuit extinctus:& ideo etiam renouata cauſa nõ poteſt reuiuiſcere ex ſupra dicta regula.facit etiam textus in l. cum ſeruus. ff. de adimen. lega. vbi dicitur quod ſeruus ſemel per alienationem liberatus à legato, non reincidit in cauſam legati etiam ſi rurſum reuertatur in teſtatoris poteſtatem,& dominium.

9 Item reſtitutio in integrum non operatur aduerſus actum, per quem immutatur ſtatus alicuius. vt in l. ſi ex cauſa.§. Papinianus. ff. de minoribus, vbi textus aſsignando rationem ſuę deciſiõis dicit.Et hoc merito quoniam res nõ capit reſtitutionem cum ſtatum mutat. & licet ratio textus dicat, quoniam res, loquitur tamen de perſona: cuius ſtatus mutatur non de re. & ibi exponenda eſt litera, quoniam res, ideſt, quoniam perſona,ſicut alias exponitur in capit. primo de conſti. vbi dicit textus, rem quæ culpa caret, ideſt, perſonam, quæ culpa caret: facit etiam textus in eadem l.in §.fina.& in l.minor ſe.§. minor.ff.eodem titulo, vbi non datur reſtitutio, quando perſona mutauit ſtatum. Cũ ergo in hac quæſtione videatur quodammodo immutatus ſtatus iſtius particularis, vel eius qualitas, ex co quod per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, pronuntiatus fuit nobilis, videtur,quod vigore reſtitutionis non reponatur in ſtatum primum,in quo erat ante ſententiam:& per conſequens, quod non teneatur contribuere durante lite vigore dictæ pragmaticæ, maximè quia ex ſententia

tia



tia pro ſe lata habet præſumptionem iuris ad coadiuuandam quaſi poſſeſſionem immunitatis:quia virtute eiuſdem pragmaticæ ſpoliatus quodammodo fuit lite pendente: ex ſententia enim,vt notum eſt,inducitur prẹſumptio.l. herennius.§.gaia. ff.de euictio. Si ergo ante ſentẽtiam dubitabile eſt, vtrum dicta pragmatica procedat ſecundum ius commune, in quantum lite pendente cogit particulares litigantes contribuere, vt ſupra diſputatum eſt, & dura reputatur eius deciſio, durior & dubitabilior videtur iſto caſu,quo particularis habet pro ſe rem iudicatam.

10 Præterea videtur, quod dicta reſtitutio non reponat iſtum particularem omnino in priorem ſtatum, in quo erat ante ſententiã:quia reſtitutio,quę iſto caſu impetratur à Fiſcale, non eſt aduerſus totam cauſam & ſententiam, ſed ſolum aduerſus appellationem omiſſam:in cuius omiſsione fuit lęſus: quo caſu ad appellandum tantum reſtituitur.vt in l.& ſi ſine.§.item ſi non prouocauit.ff.de mino.ergo ex hac reſtitutione non eſt tota vis & effectus ſententiæ & rei iudicatæ reſcindẽdus ſed ſolum reponendus eſt Fiſcalis in ſtatu,quo poſsit appellare.Lõge enim differt reſtitui ad totam cauſam, vel ſolum ad appellandum. vt eſt textus, vbi glo. magiſtralis. in l.fina.ff.de in integ. reſti. & in clementi. vna eodem titulo.

Finaliter pro iſta parte videtur text. expreſſus in l.vna.C. in integrum reſti.poſtu.nequid noui fiat. vbi ſpecialiter diſponitur, nihil eſſe nouandum pendente cauſa reſtitutionis. & per illum textum, & alias rationes eandem opinionem videtur tenere Abb. & Anto.in cap.ſuſcitata.de in integ.reſt. in fina. colum. vbi Abb. in terminis huius quæſtionis videtur concludere quod licet petitio reſtitutionis impediat executionem ſecundum gloſ.illã ſingularem in dict.l.vna. C. de in integ.reſti.poſtu. & in l. prima. ff.nihil noua.appel.pend. & ſecundum Docto.in d.c. ſuſcitata. Tamen ſi reſtitutio petitur poſt factam executionem, non reuocatur executio ex ſola reſtitutionis petitione,ſed expectatur finis litis, quia factum legitime non debet retractari, vt in regula factum legitimè,de regu.iur. lib. 6. ergo per illum textum.in dict.l. vnica iuncta doctrina Abb. & Anto. videtur iſta quæſtio determinanda ſecundum iſtam opinionem.

Hæc & aliæ rationes poſſunt adduci
11 pro parte negatiua, & in fauorem particularis: vt lite pendente in gradu reſtitutionis, vel appellationis non ſit vigore pragmaticæ compellendus cõtribuere. Quibus non obſtantibus oppoſitam opinionem veriorem de iure credo, imo quod reſtitutione per Fiſcalem intra quadriennium impetrata vel poſtulata: particularis cõpellatur ex dictæ pragmaticæ diſpoſitione contribuere, durante lite in gradu appellationis,vel ſupplicationis, ſicut ante ſentẽtiam compellebatur, & pro hac opinione poſſent conſiderari rationes ſequentes.

Primò, illa iuris regula, qua vulgo
traditur reſtitutionem eſſe prioris ſta-
tus reintegrationem. vt in vulgata. l.
quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mi-
no. certum enim eſt omne illud reſti-
tutionem reſtituere, quod per læſio-
nem, vel ſententiã ablatum eſt: ſed per
ſententiam Cæſaris patrimonium læ-
ſum eſt in eo, quod particularis libe-
ratus eſt à tributorum præſtatione lite
pendente, ergo per reſtitutionem de-
bet eorundem tributorum ſolutionẽ
durante lite conſequi, alias enim non
eſſet reſtitutio prioris ſtatus repoſitio:
confirmatur iſta ratio ex text. illo ſin-
gulari in l. ſiue libertus. ff. de iure pa-
tro. vbi notabiliter dicitur, quod ſi
per deportationem patris filius conſe
quutus fuit ius patronatus libertorũ:
ipſo patre reſtituto ex Principis indul
gentia, filius priuatur iure patronatus,
& tale ius redit ad patrem. Si ergo re-
ſtitutio Principis gratioſa adeo repo-
nit cauſam in primo ſtatu, vt tollat ius
quæſitum tertio, vt ibi dicitur, quan-
to magis per reſtitutionem iuris, quæ
fortior eſt, reſtituetur res, in primæuã
12 cauſam. Quod autem iuris reſtitutio
fortior ſit quam Principis, probatur
per textum in l. quod ſi minor. §. Sce-
uola. ff. de mino. per quẽ omnes mo-
derni in l. gallus. §. & quid ſi tantum.
ff. de libe. & poſthu. affirmant hanc
cõcluſionem dicentes, quòd licèt per
reſtitutionem Principis non ſemper
tollatur ius alteri quæſitum, tamen
per iuris reſtitutionem ſemper tollitur
ius alteri quæſitum, & reponitur res
in priſtinam cauſam, & ſtatum. facit
textus in lege prima. §. filio. ff. ad ter-
tulli. & in l. prima. §. fina. cum lege ſe-
quenti. ff. de bono. poſſeſſ. contra ta-
bul. late & ſubtiliter per Fort. Garſ. in
dict. §. quid ſi tantum. colum. 61. cum
ſequentibus.

Secundo in eandem partem poteſt
adduci textus ſingularis in l. fina. C.
de ſententiam paſsis & reſtitu. vbi ſin
gulariter dicitur, quod ſi per deporta-
tionem patris filius effectus eſt ſui iu-
ris, & conſequutus ſuarum rerum ad-
miniſtrationem, patre reſtituto reinci-
dit in eius poteſtatem, & eius teſtamẽ
tum irritatur. &c. ergo eadem iuris ra-
tione dicendum eſt, hunc particula-
rem, qui mediante ſententia liberatus
erat à tributorum præſtatione debere
in priſtinum ſtatum reponi reſtitutio-
ne aduerſus ſententiam impetrata: tan
tum enim ad reſtitutionem indulgen
tia valet quantum ad correctionẽ ſen
tentia valuit, inquit, Imperator in d.
l. 1. circa finem. C. de ſententiã paſsis.
13 Præterea conſidero pro hac eadem
parte rationem, cui iudicio meo nõ fa
cile poteſt reſponderi: ſcilicet, Fiſcalis
in ipſo reſtitutionis libello appella à
ſententia in particularis fauorem lata,
vt patet, & eſt ordinarium: ſed ipſa ap
pellatio vel ſuſpendit, vel omnino ex-
tinguit ſententiæ effectum ſecundum
latiſsimè tradita per Bald. & moder.
in l. tale pactum. §. qui prouocauit.
ff. de pactis per. textum ibi. & in lege
prima. §. fina. ff. ad Turpilli. cum ſimi-
libus. ergo ſi per reſtitutionem, & ap-
pellationem inſimul interpoſitam ſu
ſpenſus, vel extinctus eſt ſententiæ, &
rei



rei iudicatæ effectus dicendum, & fa-
tendum videtur ipſum particularem
reponi debere in priſtinum ſtatum
ante ſententiam, & per conſequens
compellendum ad tributorum præ-
ſtationem lite pendente, ſicut ante ſen
tentiam.

Nec obſtat ſi dicatur, Fiſcalem ad ſo
14 lam appellationem interponendã re-
ſtitui, nõ ad totã cauſam, vt dictũ eſt:
quia hoc falſum eſt, imo ad totam cau
ſam verum eſt ipſum reſtitui, cum v-
tatur beneficio minoris (vt notũ eſt)
qui quidem minor nõ tantum ad ap-
pellandum, ſed ad totam cauſam reſti
tuitur, vt eſt textus expreſſus. in l. fina.
vbi glo. magiſtra. ff. de in integrum re
ſti. & ibi Barto. & probatur in l. pri-
ma & ſecunda. C. ſi aduer. rem iudi-
ca. & dato quod ad ſolam appellatio
nem interponendam reſtitueretur, eo
ipſo, quòd appellat, ſuſpendit, vel ex-
tinguit effectum ſententiæ, vt ſupra
dictum eſt: maximè, quia etiam, vbi
minor vel Fiſcus poteſt appellare, po-
teſt etiam aduerſus ipſam ſententiam
15 reſtitui, quia plenius prouidetur per
reſtitutionem, quàm per appellatio-
nem, quia reſtitutio poteſt coram eo-
dem iudice poſtulari, & proſequi: ſed
appellatio coram ſuperiore tãtum de
bet proſequi.

Item per appellationem non poteſt
quis allegare exceptionem dilatoriã,
quam omiſit, vt in l. ita demum. C. de
procu. ſed per reſtitutionem poteſt eã
opponere, vt in l. minor viginti quin-
que annis omiſſam allegationem. ff.
de mino. ſunt etiam aliæ differentiæ,
ex quibus colligitur plenius, & vti-
lius prouideri per reſtitutionem, quã
per appellationem: qua ratione datur
reſtitutio, quod eſt remedium extra-
ordinarium, etiam vbi competit ap-
pellatio, quod eſt ordinarium, & ſic
limitatur regula vulgata textus, in l.
16 in cauſæ. la ſegunda. ff. de minoribus.
ita magiſtraliter Barto. in l. fina. ſecun
da columna. C. ſi aduer. rem iudica.
Imo amplius, dicit ſingulariter idem
Barto. in l. prima, ſecunda colum. eo-
dem titulo, quod ſi minor, vel Fiſcus
læſus ſit non tantum ex ſententia, ſed
quia non fecit probationes, reſtituetur
17 aduerſus omiſſam allegationem, &
probationes, etiam ſi iam ſit lata ſentẽ
tia, quæ tranſiuit, in rem iudicatam.
Cuius doctrina ſolet adduci ad decla-
rationem. l. de Madrid. 17. quæ loqui-
tur intra quantum tempus debeat pe-
ti reſtitutio aduerſus allegationem vel
probationem omiſſam.

Item pro hac parte facit textus ex-
18 preſſus, et notabilis qui in terminis vi
detur decidere hanc quæſtionem in l.
ſi ex cauſa. ff. de mino. vbi ſingulariter
diſponitur, quod reſtitutione impetra
ta aduerſus ſententiam non ſolum im
peditur effectus ſententiæ, verùm re-
uocatur, & reſcinditur ipſius ſenten-
tiæ executio taliter, quod ſi ex cauſa iu-
dicati capta ſunt pignora, & diſtracta
eo ipſo quod aduerſus ſententiam
minor reſtituitur, reuocat pignora a-
lienata, nec ſat eſt illi reſtitui pretium
illorum: ſed ipſamet pignorum cor-
pora ſunt illi reſtituenda. Si ergo per
reſtitutionem aduerſus ſententiã non

tantum reſcinditur ipſa ſententia; ve-
rum ipſius ſententiæ executio, & ad-
uocantur à iuſtis poſſeſſoribus res alie
natæ, quanto magis in noſtra quæ-
ſtione reſtitutione poſtulata reſcinde-
tur, & reuocabitur effectus, & execu-
tio ſententiæ: ex qua particularis iſte
liberationem à tributorum præſtatio-
ne, ad quam lite pendente virtute pra-
gmaticæ compellebatur; conſequu-
tus eſt. Et certè ſola huius legis di-
ſpoſitio ſufficere videtur ad huius
quæſtionis deciſionem, cum difficul-
tas illius ſolum conſiſtere videatur in
eo, an executio ſententiæ retractare-
tur reſtitutione aduerſus ſententiam
impetrata, nec huic.l. videtur poſſe re-
ſponderi.

Er tenendo iſtam partem, quæ mi-
hi magis iuridica videtur, quamuis in
hac noſtra regali Cancellaria aliquan-
19 do oppoſita obtinuerit, & ad prẹſens
in gradu ſupplicationis à primis iudi-
cibus ad ſecundos remiſſa pendeat.
Non obſtant rationes, & fundamẽtạ
pro prima opinione adducta. nam re-
gula illa.l. boues.in.§.hoc ſermone.ff.
de verbor. ſignific. qua dicitur legis,
vel hominis diſpoſitionem, prima dũ
taxat vice verificari, multipliciter in-
telligitur, & limitatur maximè, quan-
do diſpoſitio non fuit ſortita effectũ
irreuocabiliter: quia iſto caſu ſi ex ali-
qua cauſa fuit reuocata, rurſum veri-
ficari debet: ita notant Docto. maxi-
mè Felin. in dict. capit. ſecundo. de tre
gua. & pace. & Iaſo in d.l. quominus.
21. quæſtione.ff. de flumini. nõ enim
poteſt dici diſpoſitionem legis verifi-
catam fuiſſe quando non durauit effe
ctus: ſed reuocatus fuit: verba enim cũ
effectu accipienda ſunt. vt in l.4.§. cõ-
demnatum. ff. de re iudic. & in l. pri-
ma.§. patrimo. ff. quod quiſque iuris:
facit optime textus in l. in bello. §. ſi
quis ſeruum, cum.§. ſequenti. ff. de ca
pti. & poſtlimi. reuer. vbi diſponitur,
quod ſeruus à me redemptus, qui ſe-
20 mel per redemptionem factus eſt
meus reuocabiliter, poteſt rurſum ef-
fici meus per vſucapionem irreuoca-
biliter, licet regulare ſit rem ſemel
meam, non poſſe amplius effici meã.
vt in l. ſequitur.§. lana. ff. de vſucapio.
cum ſimilibus. Ita ergo dici poteſt in
propoſito, quod licet per ſententiam
in fauorem particularis latam, quæ
tranſiuit in rem iudicatam, ſemel ſor-
tita fuerit effectum huius pragmati-
cæ diſpoſitio durante prima lite: ta-
men ex eo, quod per reſtitutionem
impetratam à Fiſcale non fuit ſortita
effectũ irreuocabiliter, imò effectus
& executio rei iudicatẹ reuocatus eſt,
& lis rurſum reſtaurata, rurſum quo-
que durante lite in gradu reſtitutio-
nis, & appellationis particularis cogẽ
dus eſt contribuere, & pragmaticæ di
ſpoſitio exequi.

Et eadem conſideratione poteſt re-
ſponderi ad ipſius pragmaticæ diſpo
ſitionem, & ſic ad ſecundam rationẽ,
quod illud quod in ea dicitur, q̃ el q̃
tuuiere carta executoria, y por virtud
della eſtuuiere en poſſeſsion de no pe
char, no ſea compellido, ſe entiẽda de
la ſentẽcia y executoria, que no ſe pue-
de reuocar, y perpetuamente paſſo en
coſa



coſa juzgada: non tamen de illa, quæ
per reſtitutionem, & appellationem
poteſt reuocari vt hic. Sententia enim
à qua eſt appellatum, vel poteſt appel
lari non habet vim ſententiẹ cum per
appellationem ſuſpendatur, vel extin
gatur effectus ipſius, vt ſupra dictum
eſt: facit textus in l. ſi quis filio.§. eius
qui. ff. de iniuſto rupto irrit. que fact.
teſtamen. & in.§. hi autem omnes e-
iuſdem legis. cum aliȷs ſimilibus, de
quibus per Baldum in dicta lege talé
pactum.§. qui prouocauit. ff. de pact.

Eodem etiam fundamento reſpõ-
detur ad tertiam rationem, in qua di-
cebatur, quod res, vel perſona ſemel
liberata ab aliquo onere, vel obliga-
tione non reincidit in illam, etiam ſi
reiteretur prima cauſa, & ceſſet cauſa
liberationis: quia illa regula ſimiliter
locum habet, quando perpetuo & ir-
reuocabiliter perſona liberata eſt, ſe-
cus quando reuocabiliter, vt in no-
ſtro caſu.

Et eadem etiam ſolutione ſatisfit
regulæ traditæ de l. qui res.§. aream. ff.
de ſolu. cum ſimilibus, vbi vulgariter
dicitur ſemel extinctum ius vel actio
nem non reuiuiſcere: illud enim ve-
rum eſt, ſi ſemel irreuocabiliter ſit ex-
tinctum, ſecus ſi reuocabiliter vt hic,
& ita tradunt moderni in dicta.l. in-
ter ſtipulantem.§. ſacram. ff. de verbo
rum obligationi. & in noſtro eodem
21 propoſito ſunt iura expreſſa, quibus
dicitur extinctas actiones tempore, vl'
acceptilatione, vel ſententia reuiuiſce
re reſtitutione impetrata à minore, vt
in l. patri pro filio.§. ſi minor. & in le-
ge etiã, & in l. fi. ff. de mino. cũ aliȷs.

Ad textum vero in lege penulti. ff.
de colluſi. detegenda. facilis eſt reſpõ-
ſio: nam licet per iudicium motum
22 ex cauſa colluſionis non reponatur
ingenuus in priorem cauſam, illud eſt
quia colluſio non ſuſpendit, nec ex-
tinguit pronuntiatum, nec vires ſen-
tentiæ, nec habet illud iudicium de-
pendentiam à primo: ideo nimirum
ſi non alteret effectum ſententiæ, nec
reponat perſonam in priorẽ cauſam:
ſecus tamen eſt quandò reſtitutio
eſt impetrata aduerſus ſententiam,
& inſimul appellatio interpoſita,
quo caſu omnia reponuntur in pri-
ſtinum ſtatum, vt ſupra dictum eſt:
maior enim eſt vis appellationis, &
reſtitutionis quam colluſionis ſecun
dum Baldum, in Rubrica. & in l. pe.
C. de collu. detegen. in iudicio nãque
colluſionis ſolum agitur de colluſio-
ne detegenda & ſic de facto ſimula-
to: in iudicio vero reſtitutionis, & de
facto & de iure, vt patet.

Ad illam autem rationem, qua di-
cebam beneficiũ ſpeciale, quale eſt be
neficium reſtitutionis, nõ eſſe in cõſi-
deratione vt tollat ius quæſitum, vel
effectum diſpoſitionis, reſponderi po
teſt, illud procedere antequã tale bene
ficium ſpeciale impetretur: nam potẽ
tia illius non eſt cõſiderabilis, vt in iu
ribus allegatis. Secus tamẽ eſt, quãdo
23 tale beneficium ſpeciale eſt in eſſe
deductum, & impetratum, hoc enim
caſu nulli dubium, niſi quod eſt con
ſiderabile & magni effectus adeò, vt
reponat omnia in priſtinum ſtatũ, vt

dictum eſt, & probatur in toto titulo.ff.de minorib. & in propoſito eſt gloſſ.nota.& ſingularis, vbi moderni notant, in l.poſtquam liti.C.de pactis.vbi dicit textus, quòd poſtquam liti renuntiatum eſt, non datur ad eã regreſſus vllo iuris remedio, dicit gl. remedio ordinario: ſecus vero ſpeciali per reſtitutionem: quia iſto caſu etiam ſi liti ſit renuntiatum, & cauſa finita, poteſt inſtaurari mediante iure ſpeciali. Ita gloſſ.ibi in verbo nulla ratio & per illam gloſſ. dicunt Docto. quod licet ſtatuto caueatur, quod cõtra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vel contra inſtrumẽtum garentitium non poſsit opponi aliqua exceptio ad impediendam executionem, vt etiam legibus noſtri regni cauetur, vt in l.tertia & quarta.titulo de las excepciones libro tertio ordina.

24 Illud intelligitur de exceptiõe, quæ competit de iure communi, ſecus ſi iure ſpeciali, de quo late per Bach.Ro de.Xuarez, in repetitione.l. poſt rem iudicatam.ff.de re iudi.facit gloſſ. ordinaria.& quod per eã dicunt Doctores.ibi in l.ſi parentes veſtri.C. de euicti. Ita ergo dicendum eſt in propoſito, quod beneficium ſpeciale reſtitutionis impetratæ ſit in conſideratione, & efficax ad reuocandum effectũ & executionem ſententiæ, & rei iudicatæ taliter, quod vigore ipſius particularis reponatur in primęuum ſtatũ, & cogatur lite pendente contribuere.

25 Ad aliud autem fundamentum, per quod dicebam reſtitutionem nõ operari aduerſus mutationem ſtatus. vt in l.ſi ex cauſa.§.Papinianus.ff. de minori.cum ſimilibus. vbi textus dicit. Quoniam res non capit reſtitutionem, cum ſtatum mutat: facilis eſt reſponſio: loquitur enim ille textus, & ſimilia iura, quando ſtatus mutatus eſt de ſeruitute in libertatem: quo caſu fauore libertatis non datur minori reſtitutio aduerſus libertatem, vt poſſit eam retractare & reducere perſonã ad ſtatum ſeruitutis, & etiam quia libertas ſemel data nõ poteſt retractari, vt in.§.ſemel autem cauſa approbata inſtitu.qui.ex cauſ.maio. non licet niſi ex ingratitudine, vel alia cauſa à iure expreſſa, & in l.prima.C.ſi ad uer.liber.

Item alia ratione, quia aduerſus ſententiam libertatis non datur reſtitutio ſed tantum appellatio, vt in l.fina.C. ſi aduer.liber. in noſtro vero caſu, & appellatio & reſtitutio competit, vt patet.

Illi autem rationi, qua dicebatur in hac quæſtione reſtitutionem ſolum competere ad appellationem interponendam, & non aduerſus ſententiam vel eius effectum, vel executionem, iam ſatisfactum eſt in tertio fundamẽto pro vltima parte ſupra adducto: nec enim verum eſt ad appellandum tantum reſtitutionem competere, ſed etiam ad totam cauſam. vt in l.fina.ff. de in integrum reſtitutione. Imo aduerſus ipſius ſententiæ executionem. vt in dict.l.ſi ex cauſa.ff.de minori.& ſupra dictum eſt.

Poſteriori autem fundamẽto, quod videtur præ ceteris vrgere, reſponderi facile



facile poteſt, nihil eſſe nouandum in minoris præiudicium, vel illius qui reſtitutionem poſtulat, in ipſius vero fauorem bene poteſt inuocari: & ita illum textum videntur intelligere glo. ibi. Vel aliter, quod illa regula locum habeat quando reſtitutio eſt poſtulata, nõ tamen conceſſa, & quando poteſt denegari, quod non eſt in noſtro caſu: quia eo ipſo, quod per Fiſcalem petitur, cõceditur: nec aliquo caſu poteſt denegari, nec eſt neceſſaria cauſæ cognitio, vt patet eo ipſo, quod impetratur, conſtat de læſione, & mediante appel.ſimul interpoſita, vel ſuſpendenda, vel reuocanda eſt executio ſententiæ, vt ſupra dictum eſt per dictã legem, ſi ex cauſa.ff.de mino. Doctrina vero Abb.& Anto. eiſdem rationibus excluditur, nec iſto caſu poteſt habere locum ſtante diſpoſitione pragmaticę: maxime, quia contrarium tenuerunt dñi de Rota.deciſi.366.vt ipſe refert, quorũ opinio verior videt.

Ex quibus iudicio meo verior videtur hæc vltima pars, quæ mihi non fuiſſet adeo dubia, vt diſputatione eſſet examinanda, niſi in facti cõtingentia à nõnullis huius noſtri ſenatus grauiſsimis iudicib⁹ in dubitationẽ vſq; adeo fuiſſet perducta, vt in ei⁹ deciſione non facile cõuenirent, ſed ad ſecundæ, & tertiæ aulæ iudices remiſſa, quorum virorum authoritas & iudicium ſolum me dubitare fecerunt.

26 Vnum tamen poſſet me in vnam vel in aliam partẽ inclinare, quod forſan quamlibet opinionem poſſet iuſtificare, ſcilicet, circũſtantię ipſius cauſæ, & merita proceſſus. Si enim ex actis conſtaret particularẽ per copioſas & veras probationes obtinuiſſe, & in ſtrumentis antiquis, & efficacibus, & validiſsimis præſumptionibus ſuam iuſtitiam fulcitam eſſe, Fiſcalẽ vero ad communitatis ſuggeſtionem, & importunationem forſan ex nonnullorum malitia (vt ſæpe fit) reſtitutionẽ impetraſſe, nullamq; nouam cauſam & legitimam probationem in promptu illum nunc habere: iſto caſu forte admitterem primam opinionem, cũ in integrũ reſtitutio maliciose poſtu-
27 lata admittenda non ſit, vt in capit. ſciſcitata de in integrũ reſtit.cum ſimilibus, ſi vero probationes particularis vel debiles, vel ſuſpectæ fuiſſent, et ex parte Fiſcalis, & communitatis non prætenderetur malitia, ſed vera, & iuſta cauſa litem reſtaurandi proculdubio vltimæ parti, & ſic meę opinioni fortius inhærerem.

SEQVI-

# SEQVITVR QVARTA PARS PRINCIPALIS.

## SVMMA. EX CAP. SEQVENTI.

1 *Solus Princeps poteſt nobilitatis priuilegia cõcedere.*

2 *Quilibet non recognoſcens ſuperiorem poteſt ſubditis immunitatem concedere.*

3 *Quotuplex reperiatur priuilegium immunitatis, & nobilitatis.*

4 *Qualia priuilegia dicantur incluſa in corpore iurtis.*

5 *Præſtantior eſt generis nobilitas, quam priuilegij.*

6 *Priuilegium militiæ quotupliciter reperiatur, & in quo differant.*

7 *Vulgus opinatur milites armatos honorabiliores eſſe nobilibus genere.*

8 *Milites armati an teneantur ad monetam foreram, & quam immunitatem habeant.*

9 *Priuilegia nobilium ex genere & militum armatorum differunt in multis.*

10 *Milites armati, an poſsint torqueri & incarcerari propter debitum pecuniarium.*

## De nobilitate per priuilegium quæſita, & â quo poſsit concedi, & quotupliciter: & an differat à priuilegijs militum armatorum.

### CAP. I.

1 ET QVIA IN Iſta quarta parte eſt tractãdum de immunitate competente ex cauſa priuilegij. Primo quærendum eſt, quis poſsit concedere priuilegium immunitatis, & nobilitatis. Et facile reſpondetur, quòd ſolus Princeps poteſt nobilitatis priuilegia concedere, & eximere perſonas à tributorum, ſeu collectarum obligatione, & onere, ad quod generaliter omnes tenentur, vt late dictum eſt, in prima parte huius operis: nam cũ ius tributorum ſit regale, ipſe Rex poteſt illud ad libitum remittere. & hanc cõclusionem, vt indubitatã poſuit Bar. & Doctor. in l. prima. in. 9. colum. C. de dignita. in expoſitione diffinitiõis Bald. in l. ſacrilegij. C. de diuer. reſcri. facit tex. in capitulo, cum redemptor. duodecima quæſtione ſecunda, & in l. ſecund. & fina. ff. de nata. reſtitu. & late tradit Caſſaneus in Cata. in octaua parte principali. per totam, maxime conſidera. decimaſeptima. & Bonus de Curt. in ſuo tractatu parte tertia. & Tiraquellus in ſuo tractatu, nobilita. Et hanc nobilitatem poteſt cõcedere Princeps viuus, vt expreſſe dicit. l. ſexta. titulo delos galardones partita ſecunda. a donde la ley dize, que los Reyes en galardon y merced pueden dar nobleza y hõrra de hijos dalgo, a los que no lo fueren, &c. mediãte priuilegio, propter aliqua ſeruitia, vel



vel bene merita perſonarum. Idem dicit. l. 10. titulo. 18. partit. 3. poſſunt etiam Principes nobilitatem largiri mediãte legum diſpoſitione propter aliquas cauſas in legibus expreſſas, vt in titulo. C. de dignit. & ponit Barto. in dict. l. 1. in 9. colũ. Et hoc intelligo de quocunq; Rege, vel principe nõ re-
2 cognoſcente ſuperiorem, & de quacũque ciuitate habente poteſtatem legem condendi, vt ponit idem Barto. vbi ſupra, & probatur, in l. prima. circa principium, & in l. vt gradatim. §. primo. ff. de mune. & hono. Citra nobilitatem vero nedum ipſe Princeps non recognoſcẽs ſuperiorem: verùm quilibet dominus inferior poteſt in ſuis locis concedere ſuis ſubditis, vel ſingulis illorum exemptionem, et immunitatem tributorum ſibi debitorũ cum ius percipiendi talia tributa ſit ſuum in particulari, & poſsint illud libere remittere.

Id vero, quod ſupra dixi, quod ſolus Princeps, vel dominus non recognoſcens ſuperiorem poteſt nobilitatem concedere, intelligendũ eſt ſane, id eſt, vt poſsit priuilegium nobilitatis cõcedere: quia nobilitatem ipſam eſſentialiter non poteſt alicui concedere: cum talis nobilitas deriuetur à claro parentum ſanguine, & virtutibus à maioribus deriuatis & in ſucceſſores continuatis, quod fere naturale eſt & non accidentale, nec conceſsibile: propter quod refert Apophthegma illud Sigiſmundi Alber. Soceri Imperatoris, de quo ſupra, qui cuidam ruſtico ignobili poſtulanti, vt illum nobilem faceret, ſapienter reſpõdiſſe fertur, exemptum quidem te faciam: nobilem vero non poſſum cum ſis ignobilis. De quo apophthemgate meminit Eraſm. in Apoph. & Caſſane⁹ in Cata. in octaua part. 17. conſidera. impoſsibile enim eſt, vt ignobilis obſcuris parentibus natus, à Principe vel à lege poſsit nobilis realiter conſtitui: licet poſsit nobilitatis priuilegio donari, vti in propoſito oſtendit Mexia in ſuo nobilia. ca. 32. libr. 2. & iſta nobilitas per priuilegium conceſſa dici poteſt datiua, non natiua: cũ non habeat materiam præexiſtentem, vt alias de actionibus dicit Barto. in l. 1. ff. de cõdict. indebi. & ibi eſt etiam notandũ quod licet princeps poſsit ius nobilitatis per priuilegium concedere, tamẽ priuilegia conceſſa extra regnum Hiſpaniæ per Cæſarem noſtrum in terris imperij fuerunt ſuſpẽſa, Año. 1517 ad petitionem procuratorum regni, y fue dada prouiſion, para que dentro de ſeſenta dias ſe traxeſsẽ a preſentar, y los que dentro deſte termino, no ſe preſentaſſen no valieſſen: las quales çedulas y prouiſion, eſtauan preſentadas enel pleyto de Iuan Garcia, y Martin Garcia, de Seuilla, vezinos de Vinueſa.

3 Secundo principaliter quæro, quotuplex reperiatur priuilegium circa nobilitatem, vel exemptionem tributorum? Reſpondeo, quòd duplex, quoddam incluſum in corpore iuris, quoddã extra iuris corpus incluſũ. In corpore iuris largo modo põt dici ipſa lex, & ipſæ pragm. quibus cõcedit priuilegiũ

priuilegium ſpeciale a los hijos dalgo
de ſangre y ſolar conocido que no pe
chen,cũ de iure cõmuni generaliter o-
mnes teneantur ſubire onera tributo-
rum,vt ſupra late dictum eſt.Item po
teſt dici priuilegium incluſum in cor
pore iuris illud, quod habent illi,qui
numero filiorum vl' propter alias cau
ſas à iure expreſſas excuſantur: de qui
bus in titulo de vaca.muner. ff. & in
titulo de excuſa.artifi.cum titulis pro
ximis, & in titulo de los eſentos,y eſ-
cuſados libr.4. ordi. licet proprie iſti
quuntur relati à Doctore Couarru.
libro ſecundo Var. Reſolutio. cap. o-
ctauo, numero quinto. quo in loco la
te explicat an idem recipi debeat in cri
mine læſæ Maieſtatis humanæ con-
ſideratis Regiȷs legibus ibidem cita-
tis. Sat eſt quod in grauiori crimi-
ne admittenda omnino erit relata o-
pinio, & hoc de primo caſu prin-
cipali.

Circa ſecundum vero caſum videli
cet quando filius obtinuit à principe
nobilitatis priuilegium diſtinguendũ
videtur hoc modo.

Quod ſi obtentum fuerit à filio, pro
pter ipſius ſeruitia, & benemerita an-
te patris, vel aui delictum, iſto caſu fi-
liȷ vel nepotes non videntur amitte-
re priuilegium à patre obtentum pro
pter delictum aui, vel proaui ex ſe-
quentibus. Primo ex gloſ. in capit. ſa-
tis peruerſum. quinquageſimaſexta
diſtinctione. quæ ſcribit filios ob cri-
men lęſæ Maieſtatis à parentibus com
miſſum minime priuari officiȷs & be
neficiȷs obtentis eo tempore quo pa-
ter ſcelus perpetrauit. quam gloſ. in
expreſſo ſequitur Roma. ſingul. 686.
aſſeuerans idem eſſe ſiue crimen ſit læ
ſæ Maieſtatis humanę vel diuinę. Quã
ſentẽtiam ex dicta gloſſa tenuit etiam
Panormitanus in capitu. vergentis de
hæretic. poſt Anto. ibi probans nec
ipſo iure per ſententiam filios priua-
ri beneficiȷs obtentis ante patris cri-
men. Sequuntur etiam plures aliȷ rela-
ti per D. Doctor. Couarruuias vbi ſu-
pra numero quarto, quo in loco ipſe
quoque eandem ſententiam ſecutus
eſt tametſi referat plures contrarium
tenentes, quorum fundamentis opti-
me ſatis facit, ſuam & aliorum com-
probando, qui in hoc articulo viden-
dus erit. Vltra quem hæc pars fulciri
videtur ex illo iuris principio, quo
habetur difficilius tolli quod alicui
ex propria perſona competit quam
ex perſona alterius. l. quod princi-
pi. iuncta lege auguſtę. ff. de legatis ſe-
cundo. magis enim meum eſt quòd
per meam probitatem quæro quam
id quod ab anteceſſoribus conſequu-
tus ſum. Verba ſunt aurea gloſſæ in
lege ſi quid bello. ff. de captiuis &
poſtliminio reuerſis. per quam dicit
Decius in l. fœminę numero nono de
reg. iuris. quod firmius retinetur illud
quod quis habet ex propria perſona

quam

quã ex anteceſſoribus, & qui contra-
rium vellet defendere deuiaret à diſci-
plina ſacrorum canonum iuxta text.
ſingul.in cap. nunquam.56. diſtinct.
cum alijs.concinitq; illud Ouidij. Nã
quę non fecimus ipſi vix ea noſtra vo
co. & tandem pro hac parte eſt caſus
rectè conſideratus in cap.ſtatutum de
hære.in.6. ibi ad aliquod beneficium
eccleſiaſticum, ſeu officium publicũ
non admittantur: loquitur enim ille
text.de obtinendis officijs, & benefi-
cijs non de obtentis text.in cap.felicis.
§. nulli de pen.lib.6. & tenet Montal-
uus in l.4. tit.26. part.7. reſtat ergo ex
dictis quòd ſi filius obtinuit à princi-
pe priuilegium nobilitatis (que llama
mos de hidalguia) o de caualleria, o de
exempcion, vel alterius cuiuſuis ho-
noris, & preheminentiæ illud non a-
mittit ipſe nec deſcendentes propter
hęreſim vel crimen in Imperatorem
commiſſum à patre. Reſtat ergo vt ſe-
cundum membrum factę ſubdiſtin-
ctionis huic primo oppoſitum forme
mus hoc modo.

Priuilegium nobilitatis, militiæ, vel
exemptionis, à filio obtentum. in quo
10 nulla mentio facta fuit de delictis iſtis
à patre commiſsis, ſiue taciturnitas cõ
tigerit in impetratione, propter mali-
tiam, ſiue propter ſimplicitatẽ, et igno
rantiam filij, eſt nullius momenti, &
ſic tanquam nullum non prodeſt fi-
lio nec deſcendentibus per ſequentia.

Primo ex omnibus ſupradictis in de
ciſione primi caſus principalis.

Deinde quia in priuilegijs conſide-
ratur mens, & intentio concedentis,
text. & glo. in verſi. intentionis in cap.
ex multiplici, & in cap. dilecti. verſic.
neque intentionis de deci. & ſecundũ
eam debet iudex illud interpretari. l.
ex facto. vbi Iaſ. nu.5. de vulga. In pri-
uilegijs namque alijſque diſpoſitioni
bus attenditur, & conſideratur id quod
vero ſimile eſt voluiſſe principem cõ
cedentem ex text. iuncta glo. in l. tale
pactum. §. fina. ff. de pact. commu. a.
& ſeruanda in quibuſuis diſpoſitio-
nibus, ſecundum omnes ibi. & alios
relatos per Tiraq. in l. ſi vnquã, in prin
cipio nu.56. & in legi. cõnu. glo.5. nu
me.27. Sed certũ eſt quòd ſi princeps
priuilegium cõcedens ex relatione vel
alijs intelligeret patrẽ illius cui cõcede
bat priuilegium nobilitatis, vel exem
ptionis eſſe hæreticum, vel commiſ-
ſiſſe crimẽ læſæ Maieſtatis minime cũ
nobilitaret, militem, vel exemptum fa
ceret, & ſic tale priuilegium annullatur,
ex defectu voluntatis concedentis, &
tanquam obreptitium, & ſurreptitiũ
eſt nullius momenti. l. prima. ff. de na
ta. reſti. l. & ſi legibus. C. ſi con. ius. l.
vtili. publi. dict. ca. ex multiplici. Prin
ceps enim cenſetur circunſcriptus in
tali conceſsione. vt in cap. cum olim
de re iudic. declarat Bald. in l. præſcri-
ptione col.4. verſic. ego dico. C. ſi con
tra ius. ſua. latè alleg. 8.3. col. bona iu-
ra. in l.37. &.39. tit.18. part. tertia. quo
fit vt ex cauſis, antedictis priuilegium
iſtud minimè ſortiri poſsit effectum.

Præterea hoc videtur expreſſe deci-
dere caſus ſingul. in cap. ſuper literis
de reſcript. vbi notanter dicitur quod
quotiẽs ſub reptio fuit cauſa cõceſsio





nis, etiam ſi omiſſa fuerit veritas pro-
pter ſimplicitatem, vel ignorantiam:
quia tamen ſi expreſſa eſſet nullate-
nus reſcriptum concederetur, talis ve-
ritatis omiſsio etiam per ignorantiam
intotum vitiaret reſcriptum, & con-
ceſsionem, & ibi omnes commen. il-
lum caſum, ſic in propoſito etiam ſi
filius per ignorantiam mentionem
de patris hæreſi, vel proditione non fe
cerit in impetratione priuilegij: quia
tamen ſurreptio fuit cauſa conceſsio-
nis priuilegium in totum vitiatur. Et
forte iſto fundamẽto præter alia: cum
his diebus caſus occurriſſet in hac can
cellaria lis deciſa fuit.

11 Neque prædictę reſolutioni aduer-
ſatur etiam ſi in tali priuilegio extent
clauſulæ, & ex certa ſcientia, proprio
motu, de plenitudine poteſtatis, &
quæuis alia quæ in eo potuerit appo-
ni. Tum quia dictæ clauſulæ nunquã
extenduntur ad ea quæ princeps pro-
babiliter ignorabat, neque per eas vi-
detur tribuere aliquod ius ratiõe igno
rantiæ ſicuti Bald. affirmat in l. finali,
colum. ſecunda. C. ſententiam reſ. nõ
poſſe. in verſiculo dicas etiam. Cuius
verba quia notanda placuit referre.
Dicas etiam quod illa clauſula, ex cer-
ta ſcientia nihil operatur niſi in his de
quibus princeps præſumatur habere
certam ſcientiam, ſicut ſunt ea quę cõ
ſiſtunt in iure. Non autem operatur
in his quæ princeps præſumitur igno
rare ſicut ſunt facta, & commercia.
&c. pluraque in propoſito refert Feli.
in capit. cum inter. numero quinto, de
excep. Detius loquendo in clauſula
de plenitudine poteſtatis. in capitulo
ad hæc. numero quinto, de reſcrip. &
in clauſula proprio motu Bald. in l.
nequis. C. de crimi. ſacril. ſua allega.
12. columna. 12. poſt medium. Cum
ergo Princeps vel Imperator conce-
dendo filio prædictum priuilegium
tunc temporis ignorabat hæreſim vel
proditionem commiſſam per patrem
impetrantis priuilegium, dictæ clau-
ſulæ nullum ius ei tribuũt per ſupra-
dicta. Tum etiam quia dictæ clauſu-
lę, & quæuis aliæ non operantur di-
ſpenſationem contra præſumptam in
tentionem concedentis ex Theo. glo.
in clement. ſi romanus verſiculo va-
lidam de præbend. Ion. Andre. & Do
mi. in capitulo ſi motu proprio de
præbend. in ſexto. Abb. in capitu-
lo cum olim, columna quinta in me
dio de re iudica. Nec operatur defe-
ctus perſonæ diſpenſationem, quan-
do princeps ignorabat eum. latè Fe-
lin. in dict. capit. cum inter. numero
quinto & in capit. nonnulli. num.13.
in fina. verſiculo, quinto fallit, de re-
ſcript. Detius in cap. primo nume. ſe-
ptimo, de con. vtili vel inutili. Iaſ. in
l. more. numero.36. Curt. Iuni. nume.
33. de iuriſdictione omnium iudicũ.
Imò, & quod plus eſt: quod etiam ſi
in tali priuilegio eſſet clauſula non ob
ſtante obreptione, vel ſubreptione,
Princeps non eſt viſus intelligere de
ſurreptione tantæ qualitatis, & tanti
criminis, eo quòd neque in ſpecie ne-
que in genere, de eo cogitauerit, vt
requirebatur. argumento textus in l.
qui iure militari. ff. de teſtam. mili. eo

maxime quia nunquam eſt principis intentio per verba tam generalia leges omnes loquentes de grauiſſimo iſto hæreſeos crimine, vel proditionis derogare. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. Concludendum itaque eſt quod etiam ſi in caſu iſtius vltimi membri in priuilegio apponerentur clauſulæ ſupradictæ validum priuilegium minimè efficerent niſi horum criminum mentio expreſsim fieret. Quo caſu mihi difficilimum, & ferè incredibile videtur Reges Hiſpaniæ quibus tam exoſum eſt Hæreſeos crimen talia priuilegia concedere.

# SEQVITVR QVINTA PARS PRINCIPALIS.

## *SVMMARIVM ex capite ſequenti.*

1 *An in his nobilitatis cauſis admittatur teſtes ad perpetuam rei memoriam ante litis conteſtationem?*

2 *Quando aliquis poteſt litem ordinariam mouere, non poteſt ante litem conteſtatam teſtes præſentare.*

3 *In probationibus ad perpetuam rei memoriā requiritur citatio perſonalis & ſummaria cognitio de valitudine teſtium.*

4 *In probationibus ad perpetuam rei memoriā an debeat fieri publicatio.*

5 *Hodie non traduntur partibus probationes per ipſos factæ ad perpe. rei memoriam.*

6 *An particularis, qui facit probationem ad perpetuam rei memoriam poſſit reconueniri iudicio ordinario per Fiſcalem?*

7 *Qualis debeat eſſe petitio in his cauſis, & reſponſio Fiſcalis.*

## De forma & ordine probationum, quæ ad perpetuam rei memoriam in cauſis fiunt.

### *CAP. I.*

1 EXTREMA & vltima pars huius tractatus verſatur circa ſecundum genus agēdi, quod in his cauſis quotidie practicatur. ſ. circa petitiones & probationes, quæ fiunt ad perpetuam rei memoriam, in qua primo quærendum eſt, vtrū in his cauſis admittantur tales petitiones. ſ. vt recipiātur teſtes ad perpetuam rei memoriā ante litis conteſtationem. Et dicendū videt quod his de cauſis poſſunt examinari & recipi, quibus de iure communi poſſunt. ſ. propter ſenectutem vel abſentiam, vel alias cauſas, de quibus per textum & Doct. in cap. quoniam frequenter extra vt lite non conteſta. & in c. ſignificauit extra de teſt. & in



& in authentica. ſed & ſi quis. C. eod. titulo. Nec obſtat, quod quando particularis poteſt iudicium mouere, & litem conteſtari, iſto caſu non poteſt petere, vt teſtes examinentur ad perpetuam rei memoriam ante litis conteſta. vt vult Bald. & Doctores in dict. authentica: ſed & ſi quis, & in d. cap. quoniā frequenter: ſed in his cauſis videtur, quod ſemper particularis poſſit prouocare Fiſcalem & communitatem in iudicium, ſaltem intentando remedium. l. diffamari. C. de ingenu. & ma. Quia vt in prima parte latius
2 dixi, ſine turbatione reali & pignoris captura non poteſt particularis agere, vt expreſſe diſponitur in dicta pragmatica, alias ſi ſufficeret verbalis inquietatio & diffamatio & poſſet agere, non poſſent teſtes ante litis conteſta. examinari, vt concludit Bald. & Docto. in d. authen. & in d. c. quoniā. ideo idem Bald. in d. authen. in tertia colum. dat cautelam, vt quis poſsit iudicium ordinariū mouere. ſ. ſubmittendo aliquem, qui verbaliter ſe iactet contra eum, quod latius vide per ipſum ibi.

Et adde, quod hoc caſu requiritur
3 citatio perſonalis, nec ſufficit ſi ad domum fiat vt concludit Bald. & Sali. in d. authen. ſed et ſi quis: ſed antequā diſcernatur citatio, debet precedere ſaltem ſummaria cognitio de valetudine, ſenectute, vel abſentia, ſine qua nō poteſt diſcerni citatio, & ita fit quotidie. Et diligenter aduertendum eſt ne faciliter admittantur tales teſtes ſed cū graui, & probatiſsima cauſa. Quia ex talibus probationibus graue, & maximum præiudicium poterit reipublicæ in futurum ſequi. Y anſi ſe ha pedido a ſu Maieſtad lo mande proueer, y anſi miſmo ſe ha pedido y ſe guarda en eſtas probāças que ſe aſsigne termino a las partes, lo qual no ſe hazia antes, y era coſa biē preiudicial. Ratio eſt, quia in his cauſis ſeu impedimētis fundatur ius huius petitionis: ideo de his debet ſaltem ſummariè conſtare maximè ſi à Fiſco petatur, vel à communitate. Quo caſu ſi omitteretur, eſſet proceſſus nullus, licet alias non, etiam ſi poſtea appareret, quod non eſſent ſenes, vel valetudinarij. vt per Bal. in dict. authen. 5. col. & per Docto. in d. c. quoniam. Citatio vero quæ poſtea fit, dicitur voluntatis. ſ. vt compareas ſi vis, & talis citatio valet. vt per Innocen. in c. dilecti de excep. glo. & Docto. in dict. cap. ſignificauit. de teſti. l. ea quidem. C. ſi mancipi. ita fue. alien. & Bald. in dict. authen. in. 5. col. Poſt hoc (facta declaratione à iudicibus quod teſtes recipiantur propter impedimentum ſenectutis, vel abſentiæ) las partes ſe reſciben a prueua ordinariamente con el termino de la ley, y el Fiſcal o cōceio pueden hazer probança y diligencias, imo ſe ha pedido a ſu Maieſtad que neceſſariamente el Fiſcal ſea obligado a hazer probança acoſta de la camara, o del conceio, licet ſuper hoc hucuſque non ſit cautum.

An autem poſt talium teſtium exa-
4 minationem debeat fieri eorum publicatio fuerunt variæ opiniones: verior tamē

tamen videtur, quòd debeãt publicari ex quo recipiũtur ad defenſionẽ ſecundum nota. per Bald. & doct. in d. auth. & ita ſeruatur licet nõ profertur ſententia, vt eiſdẽ fides in perpetuũ adhibeatur quæ in his ſolet ferri, & eſt interlocutoria ſecundum gloſam notabilẽ in l. in lege aquil. ff. ad l. aqui. & ſecundum Baldũ in dict. quinta col. dubito tamen, an talis publicatio ſit ſemper vtilis particulari cùm per eã videatur claudi via amplius producẽdi teſtes iuxta regulas vulgares de. c. fraternitatibus de teſti. cum aliĳs. crederem tamen, quòd ſi poſtea à Fiſcali & communitate moueretur iudiciũ ordinarium, quòd nihilominus intra tẽpora probationum poſſet iſte particularis alios teſtes producere.

Vnum tamen eſt aduertendũ, quod licet de iure communi talium teſtium
5 depoſitio, et publicatio in publicà forma tradatur parti ad iuris ſui cõfirmationem, vt per Docto. in d. iuribus tamen in his cauſis de hidalguia, ex ſpeciali prouiſione & ſchedula Cæſaris Imperatoris noſtri non traduntur partibus, ſed debent cuſtodiri in archiuis Cancellariæ, & ita obſeruatur in Valiſolitana Cancellaria, & idem eſſet obſeruandum in hac noſtra Granatenſi, cùm ſit eadem ratio imo multo maior: quia in ea ratione, hoc eſt à Cæſare noſtro ſtatutum: quia plerique ex his qui tales probationes faciebant eas ſecum portabant & oſtendebant officialibus ſuorum locorum & cõmunitatum, qui vt ad plurimum ſunt ruſtici & iuris ignari, opinabantur ex relatione particularis illas eſſe ſentẽtias efficaces ad immunitatem & defraudabantur hac occaſione, & Cæſaris quoque patrimoniũ defraudabatur. Quare optime obuiatum eſt his fraudibus licet iudices nobilitatum quos appello Alcaldes de hiſos dalgo fere ſemper (me Fiſcali contradicente) illas probationes particularibus tradi iubebãt: ſed domini Auditores, me appellante idem non permittebant. Quare hodie forſan ad mei petitionem habita conſultatione huius ſenatus Granatenſis cũm ſupremi Cæſaris conſiliĳ Senatoribus in his curiĳs celebratis Madriciĳ hoc Anno. M. D. L I I. per Cæſarem noſtrũ publica ſanctione & pragmatica generaliter prouiſum eſt, vt tales probationes nullatenus partibus tradantur ſed in Archiuis Cancellariæ reponantur.

Fuit tamen mihi ſępiſsime quotidiana quæſtio in his probationibus, an particulari petẽte ſuos teſtes recipi, ad perpetuam rei memoriam Fiſcalis ſolus poſſet iudicium ordinarium contra eum mouere, vel per viam actionis, vel reconuentionis? & per viam actionis videtur clare, quod non: ex eo, quòd pragmatica de Medina non permittit Fiſcali ſine communitate prouocare: per viam tamen reconuentionis ſemper credidi quòd Fiſcalis ſolus poſsit reconuenire particularem iudicio ordinario. Ratio quæ me mouebat eſt, quia cùm particularis ex petitione ſua nitatur parare Cæſari, & Fiſcali ſuo nomine præiudicium, iure optimo Fiſcalis poteſt ſe contradictorem oſtendere, & litem cum eo conteſtari, cũ expeditione ſua oriatur mihi ius agẽdi ſaltem per reconuẽtionẽ, nec altera pars ſine graui malitia & ſuſpitione poterit hoc recuſare: nam ſi ipſa fundat petitionem ſuã, vt recipiãtur teſtes ante litis cõteſta. ex eo, quòd nõ habet cum quo ordinariè agat nõ eſt cur recuſet legitimum cõtradictorem, cũ quo ordinariè poſsit experiri: & hanc opinionẽ viſus eſt tenere Bal. in d. auth. in. 3. &. 6. col. vix tamen potui obtinere licet ſæpè pertinaciter in hoc perſtiterim licet in Valliſoletana Cancellaria facillime id admittatur, vt ex Fiſcalium relatione audiui.



Petitio vero, quæ ex parte particularis in his articulis debet proponi talis eſt, vt ſequitur.

MVY MAGNIficos Señores.

7 FVLANO en nõbre de fulano vezino de tal parte: digo que yo ſoy hiſo dalgo notorio de padre y abuelo de ſolar conocido de deuengar quinientos ſueldos, ſegun fuero de Eſpaña, y en tal poſſeſsion yo y ellos en ſu tiẽpo auemos eſtado pacificamente: y porque tememos los teſtigos con quien podria y puede prouar eſto ſer aſsi verdad, ſon perſonas muy vieſos y enfermos, y algunos dellos ſe quieren auſentar deſtos reynos: y por eſto la probança de mi ſuſticia podria perecer ſi antes que ſe mueran, o auſenten, no ſon examinados a vueſtras mercedes pido en la meſor via y forma que de derecho lugar aya, manden recebir informacion deſtas cauſas de veſez y enfermedad y auſencia, y recebida, mande recebir los dichos y depuſitiones de los dichos teſtigos ſobre la dicha mi hidalguia, para que aſsi examinados hagan fee y prueua ad perpetuam rei memoriam, y ſi neceſſario es mandẽ citar y emplazar al Fiſcal de ſu Maſeſtad, y al conceſo del dicho lugar donde yo ſoy vezino: para lo qual el officio de vueſtras mercedes imploro. &c.

Item digo que los dichos teſtigos ſon eſtos.

Con eſte pedimiento ſe manda notificar al Fiſcal, y emplazar al conceſo para que ſi quiere contradezir, o pedir algo venga. &c.

Forma vero ordinaria reſponſionis Fiſcalis talis eſt.

MAGNIFIcos ſeñores.

EL Licenciado Arze de Otalora Fiſcal de ſu Maſeſtad en eſta ſu audiencia, reſpondiendo a vn pedimiento fecho por parte de fulano vezino de tal lugar en que en effecto dize, q̃ es hiſo dalgo de padre y abuelo y auer eſtado y eſtar en tal poſſeſsion de no pechar en pechos de pecheros Reales, ni conceſiles y que ſe teme que los teſtigos con quien lo entiende probar, ſe moriran por ſer vieſos y enfermos, y que otros ſe auſentaran. Y por eſto pi-

de que ſe reſciban y examinen ad perpetuam rei memoriã &c. Cuyo tenor aqui auido por repetido digo que no ha lugar: porque no ſe pide por parte. &c. y por lo general y por lo ſiguiente. Lo vno porque no auiendo (como no hay) pleyto pendiente no ſe pueden recebir teſtigos no eſtando conteſtado. Lo otro porque no da informacion para que los dichos teſtigos ſe deuan examinar: Lo otro porque en cauſas de hidalguia ſin auer prẽda real conforme a derecho y ala pragmatica deſtos Reynos no ſe puede mouer pleyto. Lo otro porque en el dicho lugar donde la parte contraria es vezino no ay pechos, y aſsi no ſe pueden tomar teſtigos ſobrellos: Lo otro, porq̃ los caſos donde ſe permitte recebir teſtigos ante del pleyto conteſtado, ſon donde ay, o puede auer inſtancia y derecho y action nacida, y ſolo el exercicio della eſta impedido, lo que no es en eſte caſo: Lo otro, porque la parte contraria no ha nombrado los teſtigos que pide ſer examinados, ni dado informacion de ſu vejez y impedimentos: y ſin eſto (aunque todo lo dicho ceſſaſſe) no ſe pueden, ni deuen recebir los dichos teſtigos: por las quales razones, y por las que mas de derecho lugar ouieren a vueſtras mercedes pido declaren no auer lugar lo por la parte contraria pedido, para lo qual. &c.

Con eſta reſpueſta ſe manda dar informacion de la vejez y impedimentos de los teſtigos, y dada viſta ſe pronuncia vn auto en que ſe mandan recebir ſus dichos y recebidos ſe haze publicacion y la probança no ſe entrega ala parte como ſolia, ſed ponitur in archiuo, vt ſupra dictum eſt.

*SVMMARIVM*
*Ex capite ſequenti.*

1 *Nobilitas ſecundum varias prouinciarum, & regnorum conſuetudines variè conſideratur varijque ſunt nobilium mores.*
2 *Nobiles Hiſpaniæ trifariam diuiduntur quo ad mores & exercitia.*
3 *Romanorum nobilitas mercaturam contemnit agrorum & armentorum curam non dedignatur.*
4 *Neapolitani nobilitatem in otio & negotiorũ vacatione conſtituunt mercatura contempta,*
5 *Venetorum nobilitas in negotiationibus, & reipublicæ adminiſtratione conſtituta eſt.*
6 *Ianuenſes quoque nobilitatem à negotiatione non excludunt maxime maritima.*
7 *Germani in poſſeſsionum cenſibus.*
8 *Gallorum fere eadem & quæ Hiſpanis nobilitas, & Anglis quoque.*
9 *Græcorum, & teucrorum, & Aegyptiorum nobilitas armis cõparatur & imperatorum obſequio, & de Iudæorum nobilitate.*

## De diuerſis nobilium moribus & exercitijs ſecundum diuerſas & varias locorum conſuetudines.

*CAP. II.*

SED ante quam ad nobiliũ priuilegia accedam, & opuſculũ hoc claudam, pro ipſius maiori perfectione operęprætium viſum eſt nobilium mores & exercitia ſecundum prouinciarum varias & diuerſas conſuetudines hic adſcribere prout à curioſis & fide dignis autoribus relatum inueni.



In noſtra enim Hiſpania, vbi nobilitas ab antiquo ſplendeſcit, notũ eſt omnibus, qui ſunt nobiles, & quales
2 ſint mores & exercitia nobilium: nobiles enim qui maiori nobilitate præſtant, vt ſunt domini illuſtres magnates, & eorum agnati, & talium familiarum ſucceſſores ad plurimum verſantur, vel apud Principes & Reges, vel in locis ſuis: & vtrobiq; militaribus & clariſsimis officijs & exercitijs occupantur. Alij vero nobiles, quos milites ſimplices appellamus, qui titulo carent, nec ſunt illuſtres ex redditibus ſuorum reddituum & facultatum viuunt, & aliquando prouinciarum, vel ciuitatum ſunt præſides, qui Corregidores appellantur: aliquando vero in venationibus exercentur & dum opus eſt ex principum mãdato ad bella pergunt, ibique belli munere funguntur vnuſquiſque ſecũdum ſuæ perſonæ qualitatem. Reliqui vero nobiles, quos ſimplices hijos dalgo dicimus, non ſine verecundia dixerim, varijs & aliquando inhoneſtis, & nobilitate indignis officijs, & exercitijs operam dant, non ſolum agriculturæ, quæ honeſta, antiqua, & valde neceſſaria res eſt, verum mercaturæ & mechanicis & viliſsimis officijs, quod in hoc opere non ſemel deploraui. Nec ſatis mihi credulus ſum, vtrum hi tales vere nobiles ſint, cum nobilitatem officiorum vilitate offendant.

3 Romani vero, qui appellabant nobiles mercaturam (vt rem vilem atq; abiectam) contemnebant, cultui agrorum & rei ruſticę vacare, gregis atque armentorum curam gerere, quęſtum viro nobili dignum arbitrabantur, & apud eos, vt ait Pogius, honeſta, licet ruſticana nobilitas lõge diſtans à Neapolitana eſt.

4 Nam Neapolitani qui præ cæteris nobilitatem præ ſe ferre dicuntur, eã in deſidia, ac ignauia conſtituere vidẽtur: nulli enim prȩterquam inerti otio intenti ſedendo, & oſcitando ex ſuis poſſeſsionibus vitam degunt, nefas eſſe viro nobili exiſtimantes, ſi rei ruſticæ, aut ſuis rationibus cognoſcendis operam dent, ſedentes in atrijs, in hemicyclis, aut equitando tempus terunt, etiam ſi improbi abſurdique fuerint, dũmodo priſcis domibus orti nobiles ſe profitent, mercaturam vt rem turpiſsimam viliſsimãq; exhorrent, adeo faſtu nobilitatis tument, vt quantumuis egenus atq; inops ſit citius fame intereat, quã filiam, vel opulẽtiſsimo mercatori matrimonio collocet, mauultq; furtis & latrocinio, q̃ honeſto quæſtui vacare, vt de illis referunt autores domeſtici.

5 Venetorum autẽ conſuetudo huic cõtraria eſt, inter quos nobilitas veluti factio quædam à reliquo populo diſcreta mercaturam exercent hi etiã qui equeſtris ordinis inſignio potiũtur. Omnes enim, qui reipublicæ muneribus funguntur, quiq; vt dicũt, ex

ordine ſunt ſenatorio, naſcuntur, atq; appellantur nobiles, adeoq; hac vulgari aura inflantur nonnulli, vt etiam ſi quis patre abſurdo, inſulſo, et inopi natus ſit, ipſeq; aut diſsimilis ſit, tamẽ ſi in popularem virum inciderit, quã uis doctum et ſapientẽ eum prę ſe cõtemnet tumore nobilitatis, ſed de talibus dicit Pogius ſi male Apulei aſinum eſſe, quam illum.

6 Genuenſibus idem, quod Venetis vſu venit, negotiationi deduntur omnes, præſertim maritimę, nobiles atque ignobiles, qui nulla alia re quam origine diſtinguuntur. Sunt etiam ex his quidã in Caſtellis mõtanis diſperſi, qui nobiles habentur Lombardi.

7 Germani atque Alemani, quibus cẽſus patrimonij ad victum ſuppetit & hi, qui procul vrbibus & Caſtellis & oppidulis dominantur, quorum magna pars latrocinio dedicantur, nobiles cenſentur: Quibus humanius ingenium natura dedit, hærent principibus, quorum in aula aſſueſcunt cultiori vitę rudes tamen & moribus aſperi.

8 Galliæ vna eſt nobilium norma: nã rura & prædia ſua incolunt, vrbes fugiunt, in quibus habitare nobilẽ turpe putant, qui in illis degunt ignobiles habentur, mercatores aſpernantur, vt vile atq; abiectum hominũ genus. Et maxime nobiles reputãtur, qui ori gine antiqua, & imemoriali ſunt nobiles, aut eorum prædeceſſores ex pricipum priuilegio, quod proximum eſt, vel idem nobilitati noſtræ Hiſpaniæ prẹterquam, quod Galli nobiles, vt dixi, fere ſemper in rure morantur, vbi habent caſtra, & altas, & ſumptuoſas domos muris vallatas, & ſua dominia, ex quorum cenſibus aluntur, venationibus, & aucupijs, cõtinue occupantur. Qui vero (etiam ſi nobiles ſint) in villis, ſeu vicis ruralibus, vbi ſunt ędificia ſine muris, vel vallo habitant, à nobilibus dedignantur, & hoc ſecundum Caſſaneum, in octaua parte. conſid. 40. licet Pogius aliter Gallorum nobilium mores depingat, cui cõtradicit Caſſane. Quod nobilitatis genus antiquiſsimum eſt, nam referunt Licurgum Regem Lacedæmoniorum ſtatuiſſe vt nobiles ſeu milites extra vrbem habitarent ſegregati à plebe, vt melius virtuti vacarẽt, vnde qui in populis habitabant plebei appellati ſunt & villani à villa, interquos nobiles minime cõprehendũtur nec veniunt plebis appellat. vt refert. Franciſ. Ximen. lib. de natu. Ang. capit. 59. & Fer. Mexia. in ſuo nobili. capit. 58. libro primo.

Anglorum ſeu Britãnorum nobilitas parum diſtat à Gallica: nam ignominię loco opinantur nobiles in vrbe morari, rura ſyluis, ac paſcuis ſecluſa inhabitant: nobiliorem ex cenſu iudicant: rem ruſticam curant vendentes lanam & armentorum fœtus, nec turpe exiſtimant admiſceri quæſtui ruſticano, de quibus nonnulla refert Pogius, nonnulli etiam ex bello geſtis nobilitantur.

9 Apud Græcos quicunque ad Imperatoris aulam vocantur, & ſeruitio eius inſiſtunt, quamtũuis abiecti generis



neris ob Principis famulatum nobilitatis titulo potiuntur, appellantúrque nobiles.

Aegyptijs ac Syrijs ſolum habentur nobiles, qui militiæ deduntur, qui ſoli excellunt, & dominantur: reliqui ſeruorum loco habentur.

Teucros vero, & ſuperiores Sarmatas arma quoq; nobilitant, nã qui ordines ducunt ditati prædijs nobiles dicuntur, pueri enim pretio empti militiam condiſcunt, in qua excellere nobilitatem præſtat, de quibus nobilitatum differentijs, & quæ alterã excellat, diſputat Pogius in tractatu nobilitatis, & late Caſſaneus in dicta octaua parte. Inſulani vero occidentales quos Indos appellamus, como ſon los de la nueua Eſpaña, y del Peru, y de las otras prouincias de las Indias. ex belli exercitio nobilitantur, porq̃ qualquiera que ſale herido de batalla queda por ello hidalgo. Y el que vence, prende, o mata en guerra, o deſafia con que no ſea a traycion. Por la primera vez pinta vn braço, por la ſegũda los pechos, por la tercera pone vn verdugo de los ojos a las oreſas, y q̃da por eſto hidalgo y cauallero, Author eſt Franciſc. Gomez. de Gomarra in ſua generali chronica occidentalium indiarũm prima parte. fol. 38. & 41. in quarta colum.

Hodie vero, apud omnes prouincias & regna Principes paſsim pro libito voluntatis nobilitant, quem volunt ſine differentia, quod riſu dignũ eſt ſecundum eundem Pogium.

### SVMMARIVM

*Ex capite ſequenti.*

1 *Nobiles Hiſpaniæ priuilegiantur in eo, quòd excuſantur tributis, & ab omnibus muneribus realibus, & perſonalibus, & mixtis.*

2 *Item in eo, quod pro debito ex cauſa ciuili nõ incarcerantur, & in loco carceris, & cuſtodia.*

3 *Item, quia in executione eis ſunt relinquenda arma, veſtes, equus, lectum & domus.*

4 *Item, in pœnarum impoſitione, & executione, & tortura, & modo executionis: quia non ſuſpenduntur furca, nec damnantur ad triremes.*

5 *Item, quia propter eos eorum vxores gaudent immunitate, & nobilitatis priuilegijs.*

6 *Item, quia habent ius fidandi, & diffidandi, & quod non retractentur.*

7 *Item, eorum promiſsis maior fides adhibetur.*

8 *Item, quia in reipublicæ officijs præferuntur.*

9 *Item, in beneficiis, electionibus, & gratijs.*

10 *Item, in teſtimonijs, & fide illorum.*

11 *Item, in vindicatione & æſtimatione ſuarum iniuriarum.*

12 *Item, in eo, quod nobilitatis cauſa habet ſpeciales iudices.*

13 *Item, priuilegiantur in contractibus, quia poſſunt res pupillorum ſuorum emere in caſibus, quibus alij non poſſunt.*

14 *Item, quia poſſunt donare in caſibus in quibus plebei, & ignobiles nequeunt.*

15 *Item, quia eis defertur in honoribus, & ſeſſionibus.*

16 *Item, quia ad eos tanquam ad egregias perſonas eundem eſt aliquando.*

17 *Item, quia ad principum latus ſtare debẽt.*

18 *Item quoniam iuxta eorum nobilitatem ſunt dotandi.*

19 *Item, quia nobilium appellatione comprehenduntur Magnates, Duces, & Principes.*

20 *Item, quia ferè omnibus virtutis moralibus, et theologalibus, & ab his dependentibus, abũdant, & à natura priuilegiati exiſtunt.*

De no-

## De nobilitatis, & ipſorum nobilium multiplici priuilegio immunitatibus, & præcellentia.

CAP. *Vltimum.*

POST Munerum nomen, diſtinctionem, & cauſam, de quo in prima parte diximus poſt nobilitatis, id eſt hidalguię originem, diffinitionem, et diuiſionem de quo in ſecũda: & poſt nobilitatis iudicij ordinem, & proceſſum, de quo in tertia: & priuilegiorũ cauſa, de quo ĩ quarta: vt huic vltimę parti, quæ de probationibus ad perpetuam rei memoriam & earũ effectũ hucuſq; tractaui, finem imponamus,

1 Reſtat, vt hoc vltimo loco pro totius operis complemento aliqua nobilium priuilegia obiter enumeremus ex his quæ principaliora videntur, & magis in vſu verſantur. Et inter alia potiſsimum, & principale, & cæteris vtilius videtur hoc, de quo in hoc opuſculo principaliter diximus, ſcilicet vt non teneantur contribuere, & excuſentur à muneribus realibus, & perſonalibus, & à tributis, et collectis, vt ſupra latè dictum eſt, & ponit Guid. Papæ in Deciſionibus Delphina. deciſio. 384. et Ioan. de Mõthelono in ſuo promptuario iuris, in verbo tributũ in gloſſ. reddite, ad finem, & de iure communi eſt textus in l. 3. §. primo. ff. de munc. & hono. & in l. à muneribus. ff. de vaca. muner. arguendo de militibus ad nobiles, quo argumento in hoc eodem propoſito arguit Caſſaneus in Cata. 8. parte, conſid. 48. & legibus noſtri regni clarius cautum eſt, vt in toto titulo de los hijos dalgo, libro. 4. ordin. & in pragmaticis regni, de quibus ſupra.

Imo propter nobilitatem ſolet quãdoque à Principe tribui immunitas etiam à tutela, vt eſt textus, quem omnes dicunt ſingularem in l. non tantũ §. primo. in princ. ibi, & propter inclytam nobilitatem. ff. de excuſa. tutorũ. & ibi notat Bald. & Nicolaus de Neapoli. Et hæc munerum excuſatio, quam nobiles propter nobilitatẽ habent non ſolum iure, verùm generali conſuetudine confirmatur, vt dicit Iacob. Rebuffi. in l. 1. C. de indictionibus. libro. 10. & Ioan. de Monthelo. vbi ſupra. & Guido. Pape. in dict. deciſione, & Lucas de Penna in l. agros. C. de fundis limitrophis. & per Bonum de Curt. in ſuo tractatu in. 5. parte nume. 44. & per Caſſa. in d. conſil. 48. remiſsiue. Hoc autẽ priuilegium, vt nobiles excuſent̃ à tributis & muneribus ordinarium eſt, & ſemper obſeruabile, præterquã pro Regis ſui captiui redemptione, vel magna, & cõmuni neceſsitate, vt dixi in prima huius operis parte, et ponit Iacó. Rebuffi in d. l. 1. C. de indict. Itaq; nobiles Hiſpanię, quos dicim⁹ hijos dalgo excuſantur à tributorũ, & collectarũ præſtatione, & ab oĩbus muneribus realibus, perſonal. & mixtis, ad q̃ tenetur plebei, & ignobiles, qualia sũt, pechar y cõtribuyr, hazer alardes, mãtener de premia armas y cauallo, recebir hueſpedes, y r a las guerras apremiados: & alia id genus, quę vt ſupra dixi, en lenguaje antiguo de Eſpaña ſe llamaua manferimiento, quaſi onus, quod manibus, & corpore ferebatur, de quib⁹ ſingulis in prima huius operis parte latius dixi. Eſto delos alardes, y armas y cauallos, y yr a las guerras entiendo en los hidalgos deſangre, no en los de priuilegio, in quibus ſecus eſt, vt ſupra ſæpe dixi.

2 Secundò priuilegiantur nobiles Hiſpaniæ in eo, quòd pro debito deſcendẽte ex cauſa ciuili nõ poſſunt incarcerari, ſino fuere por rentas del Rey, vt ĩ l. 4. & 5. titul. de los hijos dalgo. libr. 4. ordin. & in l. 79. in legibus Tauri, et in caſibus, in quibus poſſunt incarcerari, debet illi aſsignari honeſtus, & decens locus puta palatiũ poteſtatis, vel tota ciuitas, vt ſingulariter voluit Angel. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ. quem refert & ſequit̃ Iaſſ. in l. ad monendi. 75. colũ. ff. de iure iur. & eſt l. regni. titul. 29. part. 7. lex 4. in fine. Hinc eſt, quòd cuſtos carceris, vel miles cui datus eſt aliquis nobilis cuſtodiendus, nõ tenetur de fuga illius, ſi reputabatur nobilis integræ opnionis, prout nobiles debẽt eſſe, ita tenet Angel. per tex. ibi in l. ſi a bonæ fidei. ff. de rei vendi. dicens, ſe habuiſſe in facti cõtingentia: idem tenuit Andreas Siculus in c. vno. 4. colũ. de cõmoda. & in ca. accedens. ſecunda colũ. vt lit. non conteſt. & Iaſ. in dicta l. admonendi. nu. 75. & in authẽ. iubemus. C. de iudic. & Pala. Rubios in rub. fol. 5 in magnis, vbi alia plura refert.

3 Imo, quòd amplius eſt pro tali debito ciuili non ſunt adeò excutiendi, vt penitus omnia bona illis auferãtur ſed ſunt illis reliquenda arma, veſtes, & equus, & lectum quotidianum, et domus habitationis, vt habetur in l. 4. & quinta. dicto titu. de los hijos dalgo libro 4. ordin. y aun que quanto a la caſa de ſus moradas, raro illæ. ll. practicentur: pero quanto a las armas y cauallo y mula y ropas de ſus perſonas y cama, omnino obſeruantur, vt eſt quotidianum, imo etiam circa domum in facti contingentia fuit valde dubitatum in Valliſolitana Cancellaria in cauſa cuiuſdam nobilis militis Segouienſis.

4 Tertiò priuilegiantur nobiles in pœnarum executione, & impoſitione quia mitius puniuntur quàm ignobiles, vt in ca. fina. vbi gloſſ. & doctores extra de penis. & per Felin. in ca. paſtoralis in principio de offic. delegati. & ibi limitat hoc in ſeptem caſibus videlicet in proditore, hæretico, in Papa in Imperatore, & in exceſsiue contumace, & in eo, qui circa officium deliquit, de quo etiam per Caſſan. in cõſuetu. Burgund. in titul. des droys. §. 20. incipiente, entre toutes. & alias tres limitationes ponit Curtilis in quĩta parte, in primo priuilegio, vbi dicit hoc priuilegium deficere, vbi ex nobilitate augetur qualitas delicti, vt in eo qui Principis mandatũ contemnit, vt tenet Bald. in capit. primo. §. ſi quis vero temerario. de pace iura. fir. qui caſus videri meo cõprehenditur ſub

ſub proditiõe, & in officio delinquẽte, & etiam, vt dicit, fallit hoc priuilegiũ in crimine nefandi peccati, quod etiam not.glo. Grego.in l.2. titul. 30. parti.7.verbo cauallero.

Hinc deriuatur quartum & vulgare nobilium priuilegiũ, ſcilicet, quod non torquentur in caſibus, in quibus plebei torquentur, vt in l.diuo Marco vbi Cynus.C.de quæſtio.& in l.ſi qs decurio.C.de falſis.& in l. ſeuerã.C. de dignit.& per Bart.in l.1.eo.titul. & in dict.l.4.& 5.tit.de los hidalgos libro.4.ordin.niſi in crimine læſę mageſtatis, quod raro, vel nunquam à vere nobilibus perpetratur, & in alijs criminibus exceptuatis per l.24.titu.21. libro 4.foro legũ, & in crimine nefando: vt ſupra proxime dictum eſt, etſi accuſaretur de crimine, in quo interuenit aleuoſia, vt tenet idem Grego. Lopes, in dicta l.2.part.in cuius cõfirmationem facit ſingul.l.3.titu.9.libro.4. ordin.quę dicit.quel hijo de aleue no puede reptar, ni deſafiar, de quo per Benedict.in ſua repe.ca. Raynuntius. in verbo mortuo itaque teſtatore in.1 in 8.fallent.nume.222. extra de teſta. nobiles tamen Franciæ non gaudent hoc priuilegio, ſed ſicut cęteri torquẽtur caſu exigente: reatus enim penes illos omnem honorem excludit, vt dicit textus.in l.prima.C.vbi Senat. vel clariſſimi.

Huic priuilegio cõſequitur aliud, & quintũ, ſcilicet, quod eo caſu, quo nobiles veniunt morti tradendi, non ſuſpenduntur, ſed decapitantur, vt tenet Barto.in l.capitaliũ.ff.de pæ.& Bald. in ca.primo.§.ſi quis ruſticus.de pace tenenda in vſib.feudo.& Abb.in ca. paſtoralis, in princ.de offic.deleg. idẽ Bar.in l.deſertorẽ.§.pena militũ poſt gl.ibi, ff.de re mili.& Cœpo.in tract. de eligen.impera.in 6. priuilegio. & Bonus de Curt.in 1.vbi ponit, quod pœna ſuſpenſionis eſt ignominioſior quam decapitationis, licet quandoq; ſecundũ conſuetudines locorũ aliud ſit, vt patet in conſuetudine Franciæ, in qua ſuſpenſionis pœna nõ eſt ignominioſa, vt dicit Guillel.Benedi. vbi ſupra. Et ex eadem ratione deriuatur quòd nobilis nõ poteſt propter delictum damnari ad triremes, quas appellamus Galeras, ſed ſolũ condẽnatur ad honeſtiores pœnas: puta, q̃ ſirua en Oran, o en otra frõtera, de quo etiam mentionẽ fecit dñs Doctor Couarru.libr.2.Variarum reſolut.c.9.numer.3.cum ſequentibus, & videtur facere tex.in dict.l.24.titu.21.libr.4.foro legum. Hinc etiam nõ ſine iuris ratione dici poteſt iniuſte vel ſaltem indecenter facere iudices qui nobiles, hoc eſt hijos dalgo vel honeſtiorum familiæ hoïes pro delictorũ, pœna fuſtibus vel flagellis cædi iubent cũ iſto eodẽ priuilegio & eadem iuris ratiõe non ſint huic neq; alijs contumelioſis & ignominioſis pœnis ſubdendi. de quo iuſte cõquerebatur Paul. Apoſt. in Actib.Apoſtol.ca.22. quod cũ ciuis Romañ.eſſet & nobilis, tribunus illum præter ius & æquum flagellari feciſſet.& ſubditur ibi tribunũ poſtquã reſciuit quòd ciuis Roma. eſſet timuiſſe eo quod ius tranſgreſſus fuiſſet quod



ſet quod apud maiores iudices tã criminalium cauſarũ prætores quos Alcaldes del crimen appellant quã apud vtriuſq; chãcellariæ auditores ſemper obſeruatum vidi, vt ex eorum ſententia nullus vnquã nobilis hoc eſt hijo dalgo vel honeſtæ familiæ vir flagellis cæſus ſit.

Et hoc genus priuil.non ſolũ Romanorum iure, et Politicarũ gẽtium moribus obſeruatum eſt, ſed apud barbaras quoq; nationes cuſtodit: nam Inſulani occidentales de quibus modo dicebamus, anſi los del Peru como los de la nueua Eſpaña, eo caſu quo propter crimina & delicta, açotan de ſoreſan, o ahorcan a la gente comun, y baxa, por los meſmos delitos a los que ſon hidalgos y nobles, ſolamente les cortan el cabello, o Raſgan las mangas de las camiſas, adeo naturalis eſt honor, & reuerentia nobilibus debita: vt etiã fere gentes, quæ legibus, fide, & ratione carent hunc nobilitatis honorem non ignorent, & per cõtrarium Oſtraciſmi pena quæ Græcorum tempore in vſu erat non niſi nobilibus dabatur, vt in vita Alcibiadis Plutarchus refert: Antiquiſsimo quoque noſtræ Hiſpaniæ foro ſimilis differentia in pænarum impoſitione obſeruabatur. Nam eo caſu quo villanus vel plebeius reſti collo ligato cuſtodiebatur: eodem caſu nobilis catena ſolũmodo ĩ pede poſita cuſtodiebatur. Verba fori ſunt hęc, Si algũ home prẽdare a otro moſtrãdo los daños deue dar fiança de derecho de aquella villa do el prendador es morador, y ſi ende hauer no la puede jurandolo de le fiador de la ledania, y ſi de la ledania hauer no puede: ſi hidalgo fuere a ten le vna cadena al pie: y teniendo el pie en la cadena põgan otro hidalgo, que le catey cumpla y ſu fuero, y ſi villano fuere atẽ le vna ſoga eñl peſcueço y cumpla y derecho.

Hinc etiam ſubderiuatur, quod licet mulier de iure poſsit in opus metalli damnari, vt in l.mulier in opus ſalinarum.ff.de capti.& poſtlimi. reue. Si tamen eſſet nobilis non poteſt taliter condemnari, vt eſt text.cum gloſ. in l.aut damnũ. §. in miniſterium .ff. de penis.licet de conſuetudine noſtrę Hiſpaniæ, etiam ignobilis non damnetur ad mortem ciuilem, vt conſtat: facilius enim ignoſcitur nobili teſte Cicerone libro ſecundo retho.vbi de deprecatione docens, ait: hæc ignoſcẽdi ratio quæretur ex his locis, ſi plura aut maiora officia, quam maleficia videbuntur conſtare.

Item ſi qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicauit, &c.facit textus in l.ſplendidioris. C. de diuer.offic.libro.12.vbi dicitur, quod crimina nobilium facilius occultantur, Lucas de Penna.in l.mulieres in 20.priuilegio. C.de dignita.libr.12.vbi in huius cõfirmatione dicit, quòd nobiles in adulterio deprehenſi, non ita faciliter vt plebei, occiduntur, quòd dicit nõtari in l. gracchus.C.de adulter. hinc etiam eſt, quòd dicit l.8.titu.3.part.7. que hombre hijo dalgo no deue morir por aleue: niſi, vt ibi dicitur.

5 Item, propter nobilium nobilitatẽ

eorum vxores, & conſtante matrimo
nio & in viduitate gaudent immuni-
tate, & aliјs priuilegiјs, vt ſupra late
dixi.

6 Item ſoli nobiles, id eſt, los hiјos
dalgo habent ius fidandi, & diffidā-
di, vt in l.prima & ſecunda.titulo de
los rieptos, y deſafios partit. ſeptima.
& in l.prima.titul. de los hijos dalgo
libro quarto ordin. imo deferebatur
nobilibus in diffidatione foro anti-
quo Hiſpaniæ, in hoc quòd non tene
bantur diffidantes dare parem vel æ-
qualē in nobilitate. Verba fori ſunt, Si
algũ hidalgo reptare a otro por auer
acometido, o ferido, o muerto, o em-
baydo a otro hidalgo ſin deſafiar ma
guer el reptado ſea mas noble o mas
rico que el reptador, no puede demã
dar en defenſion de ſu mal hecho par
en nobleza ni en riqueza, ca baſta que
el reptador ſea hidalgo. Item ſoli no
biles poſſunt habere vaſallos, vt in l.
prima titulo.25.part.quarta. vbi ad-
notat Grego.Lopez, in verſicul. por
nobleza de ſu linaje.

Item no pueden ſer compelidos à
que ſe deſdigan ſecundum conſue-
tudinem aliquarum prouinciarum,
licet de iure ſit ſecus per l.penultimã.
titulo de las coſas que hazen los hom
bres, porque valen menos: part.ſeptía
& in l.octaua.titul. de los rieptos ea-
dem partita.

7 Item nobiles habent priuilegium,
vt ſuis promiſsis maior fides adhibea
tur, quia eorum promiſſa pro factis
habentur, vt in l.nemo.ff.de in integ.
reſtit.ita ad hoc allegat illum tex. An-
dre.de Iſernia.in ca.1.§.hoc intelligen
dum, in titulo, qui ſucceſſo.tene.in v-
ſib.feud.facit text. in capitulo primo.
de donat.per quem dixit Corſetus in
repetitione cap.grandi de ſuppl. ne-
gli.prælat.quod promiſſa nobilium
ſunt debita. Ratio eſt, quia nobilibus
maior fides ineſt, quam plebeis ratio-
ne nobilitatis, pro qua præſumitur, vt
dicit gloſſ.ſingularis in ca.illud.40.di
ſtinct.quam cōmendat Roma.ſingu
lari.722. incipiente: ſcis hoc, facit text.
in l.2.§.quæ omnia, verſicul. antiqua
ſtirpe.C.de veter.iure enucle.& in l.
ſi furioſi, in verbo debent intereſſe no
biliores.C.de nuptiјs. vbi Bald. Hinc
eſt, que los hijosdalgo y no otros pue
den hazer pleyto omenaje, y ſer Al-
caydes de Caſtillos, y fortalezas, vt in
l.ſexta.titu.de los Caſtillos.parti.ſecũ
da. facit textus in l.1.C.de horreis pu
blic.libr.10.vbi dicitur, quòd in cu-
ſtodiendis magnis rebus, adhiberi de
bet cuſtos nobilis, idem tenet Bald.in
l.lex diui.in fin.C.de loca.facit.l. tam
dementis.C.de epiſco.audi.

Itē nobiles priuilegiant̄ in eo, quòd
officia reipubl.potiùs ſunt illis conce
denda, quàm plebeis, vt dicit tex.in l.
honores, in princi.§.ſi is qui.ff.de de-
curio.& in l.eos eod.tit.& in l.ad ſub
eunda.C.eodem.facit text.in authent.
de defenſo.ciuit.§.primo.colla. quar-
ta.vbi habetur, quod regimen ciuita-
tis debet eſſe apud nobiles, & ibi di-
cit Ang.eſſe textum. contra ſtatutum
Florētiæ, quo prohibentur nobiles aſ
ſumi ad regimē ciuitatis: & per con-
ſequens contra ſtatuta & conſuetudi-
nem



nem multorum locorũ huius regni:
in quibus plebei nitũtur repellere no-
biles, id eſt, a los hiјos dalgo de los of
ficios del conceјo. De quò per Palat.
Rubi.in rubric.§.9.nume.6.cum aliјs
& gloſſ.Grego.in l.2.titulo.9.part.2.
vbi per illam legem in verſicul.otroſi
limitat ſupra dicta, vt intelligantur in
nobilibus non ſupremis, ne iſti tales
dedignentur exercere quotidiana of-
ficia, ſed in nobilibus mediocris con-
ditionis, & ſtatus, verba legis ſunt.
Y otroſi de los nobles hombres y po
deroſos, no ſe puede bien el Rey ſer-
uir en los officios de cada dia, ca por
ſu nobleza y poder deſdeñarian el ſer
uicio quotidiano. Iſti tamen magna-
tes eligi debent ad officia grandia, &
ſuprema vt ſubdit eadem l.in fine.ibi
pero los grandes deue poner en los
grandes officios, y hazer les que vſan
dellos en tales tiempos que el Rey ſea
mas noblemente ſeruido. y ſu corte
mas honrrada por ellos, & eadem ra
tione officia vilia villarum, vel ciuita
tum non debent dari nobilibus qui-
buſcunque, nec ad ea exercenda ſunt
compellendi, & ita quotidie ex parte
ipſorum obtinetur contra communi
tates, quando les hechan officios viles
como de viñaderos, meſegueros, y
guardas del campo, & alia id genus
officia: Super quo ſunt nonnullæ li-
lites ad præſens in hoc regio pretorio:
Imo circa res publicas maior eſt au-
thoritas eorum, vt in l.ſecunda in fi.
C.de prædiјs curi. ex quo etiam lega
tiones eis committuntur, vt in l.penul
tima.ff.de legati. Experimento quo-
que probatum eſt Reipublicæ maxi-
me conuenire vt officia tam belli quã
pacis, nobilibus conferantur, ea enim
cauſa Tito.Liui.teſte. 1. Deca.libro ſe
ptimo capitu.10. Genicius conſul ad
uerſus Hermianos à populo Roma-
no miſſus victus, & fædiſsime fuga-
tus fuit & reſpubli.Romana ob id cla
de, & ignominia affecta: quia non no
bilis ſed obſcuro, & plebeio ſangui-
ne natus fuerat, & primus, à populo
Conſul electus.

9 Item nobiles in beneficiјs conſe-
quendis & diſpenſationibus æquipa
rantur literatis, & cæteris paribus ſunt
præferendi: notant doctores per tex-
tum ibi, in capitu.de multa. de præ-
bend.& eſt gloſſ.ordin.in l.ſi ſocieta
tem.ff.pro ſocio.vbi Salicet.notat.fa-
cit gloſſ.in l.prouidendum.C.de po
ſtulan. facit text.in capitu. officij, ibi:
quendam virum nobilem.extra de e-
lectio. Hinc etiam eſt, quod in electio
nibus & aliјs actibus ſi voces ſint nu
mero æquales, nobilium vox prefer-
tur. argumento textus in lege maio-
rem.ff.de pactis.ibi: qui dignitate prę
cellit, & ibi Iaſſon notat. & Barto.in
l.prima in.12.colum.C.de dignitati.
facit.l.tertia.§.primo, ibi: cuius digni-
tatis. & l.ob carmen.§.finali.ff.de te-
ſtibus. & ita diſpoſitum eſt per om-
nes regulas Cancellariæ, & per ſtatu-
ta Cathedralium Eccleſiarum: adeo,
quòd ſi puella debeat nubere de cō-
ſenſu propinquorum, conſenſus no
bilium præferendus eſt: argumento
textus in capitul.primo.32. quæſtio-
ne quarta. quem textum allegat Lu-

 cas de

cas de Penna, in dicta l. mulieres. in ſexta colum.

10 Eadem ratione honorantur in teſtimonijs, quia nobilium teſtimonium in dubio præfertur, vt in dicta l. tertia in principio. & in dict. l. ob carmen. ff. de teſtib. Specul. in titulo de teſte. §. circa princip. ibi, quarto fallit: maior enim fides præſumitur in nobili teſtificante: vt firmat glo. in capit. ſi teſtes §. teſtium in verſic. quis decurio. quarta quæſtione tertia. Bald. in l. teſtium. tertia colum. C. de teſtib. & ibi Barto dicit, quòd magis creditur duobus teſtibus nobilibus, quàm pluribus plebeis & ignobilibus: de quo per Iaſſ. in l. properandum. §. ſi autem alterutra. quarta colum. C. de iudi. & in l. admonendi. in 74. colum. ff. de iure iur. per Felin. in capi. cum contingat. in 234. colum. de iureiuran. Ex quo ſũma cum ratione antiquis retro temporibus conſuetudine, vel l. forſan ſpeciali cautũ erat, quòd ĩ his nobilitatis cauſis principaliter & neceſſariò admitterentur teſtes nobiles, id eſt, hijos dalgo: y aſsi parece por muchas executorias de las antiguas del tiempo del Rey don Iuan: quas ego oculariter vidi & legi, & citra iactantiæ & inanis glorię ſuſpicionem dixerim ita quoque factum fuit in lite per proauum meum paternum Didacũ Gũdiſaluum ab Arze ventilata, como parece por ſu executoria, que eſta en mi poder en pargamino con ſu ſello de plomo dada en tiempo del ſeñor rey don Iuan en Medina del Campo: Año vel era de M. CCCC. y tantos, años ſiẽdo procuradores Fiſcales Ruy Garcia de Olmedo, y Nicolas Lopez Bachiller: por el tenor de la qual parece que de mas de la probança de mi viſabuelo ſobre ſu hidalguia, va incerta otra probãça de como los teſtigos preſentados en la cauſa principal eran hijos dalgo: y eſto miſmo vi ſiendo Fiſcal en muchas cartas executorias de aquel tiempo. Et vtinam hoc idẽ noſtris temporibus ſtatueretur, & vſu ſeruaretur: eſt enim maxime dolendũ perniciosum, & valde præiudiciale Cæſaris patrimonio, & reipublicę, & ipſi nobilitati indignum & iniurioſum, vt viliſsimis & non tantum, ignobilibus ſed ignobiliſsimis abiectiſsimis. & pauperiſsimis teſtibus nobilitatis cauſa, quæ dignior & nobilior eſt cæteris, peragatur: quorum iam teſtium (neſcio an temporũ iſtorum calamitate, vl' hominum malitia) venale, & mercenarium officiũ adeo factum eſt vt inter collitigantes antiquum Græcorum prouerbium reuiuiſcat: date mihi mutuum teſtimonium, quo fit, vt plerique talium viliſsimorum teſtium (quorum facilis vbique eſt copia) teſtimonio quod falſitatis ſuſpicione non caret, & fidei fragiliſsimum eſt, iniuſte ſæpe obtineant, & nobilitatis nomen pſeudo & iniuſtiſsime conſequantur, quod latius in huius operis præfatione, vel procemio deploraui: & à Cæſaris noſtri ſupremo conſilio reformandum eſſet, vt aliquando futurum ſpero. Vt olim antiquiſsimo Hiſpaniæ foro, ſaluberrime diſpoſitum erat: in-

uenit



